B *κοσίοις τριάκοντα δύο εἰς δέκα χιλιάδας ἠρίθμηντο. τὸν Ἰωακεὶμ δὲ καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ καὶ τοὺς φίλους καθείρξας ἐφύλαττε, μῆνας τρεῖς βασιλεύσαντα καὶ ἡμέρας δέκα.* (25) *τὴν δὲ τῆς Ἱερουσαλὴμ βασιλείαν τῷ τοῦ Ἰωακεὶμ παραδέλφῳ τῷ Σεδεκίᾳ παρέδωκεν, ὀμόσαντι μὴ εὐνοήσειν τοῖς Αἰγυπτίοις, ἀλλ' αὐτῷ φυλάξειν τὴν χώραν. ὁ δὲ νέος ὢν (εἴκοσι γὰρ καὶ ἑνὸς ἦν ἐτῶν ὅτε παρέλαβε τὴν ἀρχήν) καὶ ὑπερόπτης τοῦ δικαίου τε καὶ τοῦ δέοντος, παραινοῦντι τῷ Ἱερεμίᾳ τὰς ἀσεβείας καὶ τὰς παρανομίας λιπεῖν οὐκ ἐπείθετο, οὐδ' ἐπίστευε λέγοντι τὰς μελλούσας ἔσεσθαι συμφορὰς αὐτῷ τε καὶ τῷ λαῷ· ἃς καὶ Ἰεζεκιὴλ ἐν Βαβυ-*
C *λῶνι προέλεγε καὶ γράψας ἀπέσταλκεν εἰς Ἱεροσόλυμα. ἠπίστησε δὲ ἀμφοῖν τοῖς προφήταις ὁ Σεδεκίας ὡς τάχα διαφωνοῦσι. περὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων συνεφώνουν, περὶ δὲ αὐτοῦ Σεδεκίου ἐδόκουν ἐναντιοῦσθαι. Ἰεζεκιὴλ μὲν γὰρ μὴ ὄψεσθαι τὴν Βαβυλῶνα αὐ-*

1 *ἔσχε τέλους* A. 3 *ἐκείνου υἱὸν* A. 7 *ἢ* om A. 11 *βασιλεύσαντα* A, *βασιλεύσας* PW. 20 *τοῖν προφήταιν* A.

Fontes. *Cap.* 25. *Iosephi Ant.* 10 7 *et* 8. *Regum* 4 24 *et* 25. *Paralip.* 2 36.

Hic finis Ioachimi fuit, cum vixisset annos triginta sex, imperasset undecim. at Babylonius, veritus ne filius paternae caedis memor desci- sceret, missis copiis eum obsedit. qui cum urbem sua causa periclitari nollet, se cum necessariis eo pacto illi dedit ut nec urbem nec ipsos violaret: quo non stetit hostis, sed omnem pubem civitatis et artifices ad se perduci iussit, quorum numerus inventus est decem milia octingenti et triginta duo. Ioachimum cum matre et amicis in custodia habuit, cum tres menses et decem dies regnasset. (25) regnum Hierosolymitanum Sedeciae Ioachimi patruo tradidit, quem iureiurando adegit ne studeret Aegyptiis sed provinciam ipsi conservaret. is vero principatum adeptus, adolescens natus annos unum et viginti, fastu elatus, aequitatis et officii nulla ratione habita, Hieremiae ab impietate et iniuriis dehortanti neque paruit, neque credidit eas sibi et populo clades imminere quas et Ezechiel Babylone praedicens litteris mandatas Hierosolyma miserat. neutri autem fidem adhibuit fortassis ob dissensionem. nam in caeteris quidem congruebant, de Sedecia autem videbantur discrepare, cum Ezechiel eum Babylonem non visurum

τὸν προεφήτευεν, Ἱερεμίας δὲ δέσμιον αὐτὸν ἀπαχθῆναι πρὸς Βα-
βυλῶνα προέλεγε. συνῳδὰ δὲ τοῖς προφήταις καὶ τὰ περὶ τού-
του προείρηντο· τυφλωθεὶς γὰρ ἐν Ἰουδαίᾳ καὶ δέσμιος ἀπαχθεὶς
τὴν Βαβυλῶνα οὐκ ἐθεάσατο.

Οὗτος ὁ Σεδεκίας ἐπὶ ἔτη ὀκτὼ τηρήσας τὴν πίστιν τὴν πρὸς W I 81
τὸν Βαβυλώνιον, πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους ἀπέκλινε. διὸ στρατεύσας
ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐπολιόρκει τὴν Ἱερουσαλήμ. τῶν δ' Αἰγυπτίων D
εἰς συμμαχίαν ἡκόντων τοῖς Ἰουδαίοις, προϋπαντήσας σφίσιν ὁ
Βαβυλώνιος καὶ τρεψάμενος αὐτοὺς διώκει. οἱ δὲ ψευδοπροφῆ-
ται μηκέτι τοὺς πολεμίους πολιορκήσειν αὐτοὺς ἔλεγον· Ἱερεμίας
δὲ καὶ ὑποστρέψαι αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν αἱρήσειν καὶ κατασκά-
ψειν καὶ τὸν ναὸν ἐμπρήσειν καὶ τὸν λαὸν τὸν τέως περιλειφθη-
σόμενον ἀπάξειν προηγόρευε δορυάλωτον, ἐπ' ἔτη δουλεύσοντα
ἑβδομήκοντα, μέχρις οὗ Πέρσαι καὶ Μῆδοι τὴν Βαβυλωνίων
ἀρχὴν καταλύσουσι· τότε δὲ λυθῆναι τῆς αἰχμαλωσίας αὐτούς,
καὶ τὸν ναὸν αὖθις καὶ τὴν πόλιν ἀνοικοδομῆσαι. ταῦτ' ἔλεγεν
Ἱερεμίας· ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν τοὺς λόγους αὐτοῦ
ἐμυκτήριζον. ἀπιόντι δὲ τῷ προφήτῃ πρὸς Ἀναθὼθ τὴν πατρίδα P I 115
συναντήσας τις τῶν ἀρχόντων καὶ κατασχὼν ὡς αὐτόμολον ἤγαγε
πρὸς τοὺς ἄρχοντας· οἳ αἰκισάμενοι αὐτὸν ἐτήρουν εἰς κόλασιν.

Κατὰ δὲ τὸ ἔννατον ἔτος τῆς βασιλείας Σεδεκίου ἔπεισι τὸ
δεύτερον κατὰ τῶν Ἱεροσολύμων ὁ Βαβυλώνιος, καὶ ἐφ' ἕνα πρὸς
τῷ ἡμίσει ἐνιαυτὸν κραταιῶς τὴν πόλιν πολιορκεῖ. τῇ δὲ πολιορ-

2 ἔλεγε A. 5 τὴν alterum om A.

praedixisset, Hieremias captivum abductum iri Babylonem vaticinaretur. sed et illa inter se consentiebant: nam caecatus in Iudaea et captivus abductus Babylonem non vidit.

Hic Sedecias Babyloniis per octo annos servata fide ad Aegyptios inclinavit. qua de causa Nabuchodonosor Hierosolyma obsedit, profligatis prius Aegyptiis qui Iudaeis suppetias veniebant. quos cum persequeretur, negabant pseudoprophetae hostes urbem porro obsessuros: Hieremias contra et redituros et capturos urbem et eversuros affirmabat, et templum incensuros et populi reliquias in captivitatem abducturos, ubi serviturus esset annos septuaginta, donec Persae et Medi Babyloniorum imperium destruxissent; ac tum demum captivos dimissum iri et templum atque urbem instauraturos. Hieremiam haec asseverantem rex et aulici proceres subsannabant. qui cum aliquando in patriam Anathotham iret, in via a principe quodam pro transfuga comprehensus ad magistratus adducitur: a quibus excruciatus ad supplicium asservabatur.

Anno regni Sedeciae nono secundum aggreditur Hierosolyma Babylonius; cumque urbem menses octodecim obsidione pressisset, ad hostilem

κίᾳ καὶ λιμὸς συνηνέχθη καὶ ἐπὶ τούτοις λοιμός. Ἱερεμίας δὲ καὶ καθειργμένος δέξασθαι τὸν Βαβυλώνιον παρεκάλει τὸ πλῆθος· σωθήσεσθαι γὰρ οὕτως· εἰ δ' οὔ, μένοντας ἀπολεῖσθαι ἢ λιμῷ ἢ μαχαίρᾳ· "εἰ δέ τις προσχωρήσει τοῖς πολεμίοις, τὸν θάνατον" ἔλεγε "διαφεύξεται." οὐδενὶ μέντοι πιστὸς ὁ προφήτης λελόγιστο, B οἱ δ' ἡγεμόνες καὶ προσηρέθιζον κατ' ἐκείνου τὸν βασιλέα. ὁ δὲ διὰ τὸν καιρὸν αὐτοὺς θεραπεύων, ἐνέδωκεν αὐτοῖς χρήσασθαι τῷ προφήτῃ ὡς βούλονται. κἀκεῖνοι αὐτὸν εἰς λάκκον βορβορώδη ἐνέβαλον. Σεδεκίας δὲ τοῦτο μαθὼν ἀνελκυσθῆναι αὐτὸν ἐκεῖθεν ἐκέλευσε, καὶ λάθρα καλέσας ἤρετο τί φησι πρὸς τὰ παρόντα δεινά. ὁ δὲ παραδοῦναι τὴν πόλιν συνεβούλευε τῷ Βαβυλωνίῳ. Σεδεκίας δὲ δεδιέναι ἔλεγε μὴ ἀναιρεθῇ. ὁ δὲ προφήτης οὐδενὸς αὐτὸν οὕτω ποιοῦντα πειραθήσεσθαι δυσχεροῦς ἰσχυρίζετο. τὸν μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς ἀπέλυσεν, ὁ δέ γε Βαβυλώνιος ἐπολιόρκει τὴν πόλιν μετὰ σφόδρας ἐπιθέσεως, καὶ εἷλε ταύτην τῷ ἑνδεκάτῳ C ἐνιαυτῷ τῆς ἀρχῆς Σεδεκίου. Σεδεκίας δὲ μετὰ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν τέκνων καὶ τῶν προσηκόντων καὶ τῶν φίλων ἔφευγεν ἐκ τῆς πόλεως. οἱ δὲ πολέμιοι κατεδίωξαν αὐτὸν καὶ κατέλαβον μονωθέντα· οἱ γὰρ ἡγεμόνες καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ διεσπάρησαν. ζωγρήσαντες οὖν αὐτὸν καὶ τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἤγαγον εἰς τὸν Βαβυλώνιον. ὁ δὲ ὠνείδισεν αὐτὸν εἰς ἀχαριστίαν καὶ ἀπιστίαν, ἐκέλευσέ τε τοὺς παῖδας αὐτοῦ καὶ τοὺς φίλους κτανθῆναι ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· εἶτα καὶ τὰ ὄμματα πηρώσας αὐτοῦ δέσμιον εἰς Βαβυλῶνα ἀπήγαγεν. καὶ τότε συνῆκε καὶ ἄμφω τοὺς προφήτας ἀληθῶς προειπεῖν. οὗτος τέλος ἐγένετο τῶν ἐκ τοῦ

1 καὶ prius om A. 2 καὶ om A. 3 οὕτως A, οὕτω PW. 17 ἔφυγεν A. 22 παῖδας] υἱοὺς A. 25 ἀληθῆ A.

metum fames et pestis accessit. tum Hieremias in carcere multitudinem adhortatur ut Babylonium recipiant: sic fore incolumes, alioqui vel fame vel gladio perituros; qui autem ad hostes transisset, mortem vitaturum. caeterum prophetae fidem habebat nemo: duces etiam regem contra eum instigabant. qui tempori serviens eum illis tradit ut suo arbitratu tractent: quem illi in lacum coenosum coniecerunt. unde Sedecias extractum et clam arcessitum interrogat quid de urgentibus malis sentiret. propheta urbem Babylonio dedendam censet, regemque metum exitii causantem confirmat, si obtemperasset, nihil ei grave eventurum: itaque dimittitur. at Babylonius magna vi urbem adortus undecimo regni Sedeciae anno capit. Sedecias ex urbe fugiens ab hostibus cum liberis et uxoribus capitur, a suis ducibus et amicis, aliis alio dilapsis, destitutus. Babylonius ad se perducto ingratum animum et perfidiam exprobrat, liberos atque amicos in eius conspectu iugulari iubet, ipsum effossis oculis vinctum Babylonem abducit. tum demum sensit utrumque prophetam fuisse veracem. hic postremus fuit

σπέρματος τοῦ Δαβὶδ βεβασιλευκότων. εἴκοσι δὲ καὶ εἷς ἐτύγχανον ἅπαντες, ἐτῶν διελθόντων ἐξότου τῆς βασιλείας ἐπέβη Σαοὺλ D πεντακοσίων δέκα καὶ τεσσάρων, μηνῶν ἕξ, ἡμερῶν δεκαέξ.

Πεμφθεὶς δὲ Ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος τοῦ Βαβυλωνίου τόν τε ναὸν καὶ τὰ βασίλεια ἐνέπρησε καὶ τὴν πόλιν κατέσκαψε καὶ τὰ τοῦ ναοῦ πάντα ἐσύλησεν. ἐμπέπρηστο δὲ ὁ ναὸς μετὰ τετρακόσια ἔτη καὶ ἑβδομήκοντα μῆνάς τε ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα ἀφ' οὗ ἐδομήθη καιροῦ, ἐκ δὲ τῆς ἐξ Αἰγύπτου τῶν Ἑβραίων μεταναστεύσεως μετὰ ἑξήκοντα δύο ἔτη καὶ χίλια καὶ μῆνας ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα, ἀπὸ δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ μετὰ χιλίους ἐννακοσίους πεντήκοντα ἑπτὰ ἐνιαυτοὺς καὶ μῆνας ἓξ καὶ ἡμέρας δέκα· W I 82 ἐκ δὲ τῆς παραγωγῆς τοῦ πρώτου ἀνθρώπου μέχρι τότε τρισχίλια P I 116 πεντακόσια δέκα καὶ τρία ἔτη παρῆλθοσαν, μῆνες ἓξ καὶ ἡμέραι δέκα.

LIBER TERTIUS.

1. Ναβουζαρδὰν δὲ κατασκάψας τὴν Ἱερουσαλήμ, τόν τε λαὸν καὶ τὸν ἀρχιερέα Σαβαῖον καὶ τὰ σκεύη τὰ ἱερὰ εἰς Βαβυλῶνα ἐκόμισε. Ναβουχοδονόσορ δὲ τὰ σκεύη τοῦ θεοῦ τοῖς ἑαυ-

4 ναβουζαρδᾶν A hic et infra. ἀρχιμάγειρος] ἀρχιστράτηγος legendum censet Wolfius: sed ἀρχιμάγειρος LXX, unde Syncellus Cedrenus alii. 12 ἀνθρώπου] ἐνιαυτοῦ codex Colberteus. μέχρι A, μέχρις PW. 15 Σαβαῖον] Σάραίαν LXX, Σαρέαν Iosephus; qui Sareae interfecti filium Iosadocum Babylonem deductum narrant. 16 δὲ PW, om P.

Fontes. *Cap.* 1. *Iosephi Ant.* 10 8 *et* 9. *Regum* 4 25. *Proph. Hierem.* 40 *sq. de Hieremia lapidato deque ossibus eius Alexandriam translatis eadem leguntur in Chronico Paschali I p.* 293 *ed. Bonn. et in vitis Prophetarum ibid. II p.* 270; *partim etiam in Epiphanii Op. II p.* 239 *ed. Petav.*

familiae Davidicae regum, qui numero viginti unus fuerant universi: elapsis, ex quo Saul regnum inierat, annis quingentis et quattuordecim, mensibus sex, diebus sexdecim.

Nabuzardan Nabuchodonosoris magister coquorum iussu regis et templum et regiam incendit et urbem evertit, omni ornatu templi spoliato. crematum est templum anno quadringentesimo septuagesimo, mense sexto, die decimo, postquam conditum fuerat: post Israelitarum migrationem ex Aegypto annis mile sexaginta duobus, mensibus sex, diebus decem: a diluvio annis mile nongentis, mensibus sex, diebus decem, a primo homine condito in eum usque diem annis ter mile quingentis tredecim, mensibus sex et diebus decem.

1. Nabuzardan Hierosolymis eversis et populum et pontificem Sabaeum et sacra vasa Babylonem transfert. ea Nabuchodonosor suis diis

τοῦ θεοῖς ἀνατέθεικε, τοὺς δὲ αἰχμαλώτους εἰς τὴν οἰκείαν χώραν κατῴκισε. τοὺς δ᾽ αὐτομολήσαντας ἐν τῇ πολιορκίᾳ πρὸς τοὺς B Βαβυλωνίους ἐν Ἰουδαίᾳ καταλιπὼν ὁ Ναβουζαρδάν, καὶ τοὺς πένητας, ἡγεμόνα τούτοις ἐπέστησε Γοδολίαν, ἄνδρα τῶν εὖ γεγονότων ἐπιεικῆ τε καὶ δίκαιον, καὶ τὴν χώραν ἐργάζεσθαι αὐτοῖς ἐνετείλατο, καὶ δασμοφορεῖν τῷ Ναβουχοδονόσορ ἐπέταξε. τῷ δὲ προφήτῃ Ἱερεμίᾳ εἰς Βαβυλῶνα ἀπελθεῖν προετρέπετο· ὁ δὲ ἐν τοῖς ἐρειπίοις τῆς πατρίδος ἤθελε διατρίβειν. καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν ἐκεῖ, τῷ Γοδολίᾳ ἐπιτάξας πᾶσαν αὐτοῦ ποιεῖσθαι πρόνοιαν. ἀπέλυσε δὲ αὐτῷ καὶ τὸν φοιτητὴν Βαρούχ, τῇ πατρῴῳ γλώττῃ διαφερόντως πεπαιδευμένον. ὅσοι δ᾽ ἐκ τῆς Ἱερουσαλὴμ διὰ τὴν πολιορκίαν ἀπέδρασαν ἧκον πρὸς Γοδολίαν. ὁ δὲ γεωργεῖν τὴν χώραν αὐτοῖς συνεβούλευε καὶ κατοικεῖν ἣν ἕκαστος βούλεται πόλιν C καὶ ἀνοικοδομεῖν τὰ ἐρείπια. γνόντες δὲ τὸν Γοδολίαν ἄνδρα χρηστόν, ὑπερηγάπησαν αὐτόν.

Ἐπανῆλθε δὲ σὺν τοῖς ἄλλοις καί τις καλούμενος Ἰσμαήλ, ἐκ τοῦ βασιλείου γένους ὑπάρχων, ὃς πρὸς τοὺς Ἀμμανίτας ἀπέδρα κατὰ τὸν τῆς πολιορκίας καιρόν. τοῦτον προσελθόντα τῷ Γοδολίᾳ τινὲς ἐπιβουλεύειν αὐτῷ ἔλεγον· εἰ δ᾽ ἐπιτρέψει αὐτοῖς κτεῖναι τὸν ἄνδρα, διαφεύξεται τὴν ἐπιβουλήν. ὁ δ᾽ ἠπίστει, ἢ καὶ βέλτιον ἔλεγεν ἡγεῖσθαι αὐτὸς ἀποθανεῖν ἢ ἄνθρωπον κτεῖναι πιστεύσαντα αὐτῷ ἑαυτόν. μετὰ καιρὸν δὲ σὺν ἑτέροις ὁ Ἰσμαὴλ οὗτος πρὸς Γοδολίαν ἐλθὼν καὶ ξενισθεὶς ἀπέκτεινε τόν τε Γοδο-

9 πᾶσαν αὐτοῦ ποιεῖσθαί A, ποιεῖσθαι αὐτοῦ πᾶσαν PW. 10 πατρίῳ A.

dedicat, et captivis in sua regione sedes attribuit. qui in obsidione urbis ad Babylonios transfugerant pauperes, Nabuzardan in Iudaea relinquit, praeposito eis Godolia viro nobili, iusto et moderato; et agros colere iubet ac Nabuchodonosori tributa pendere. Hieremiam prophetam hortatus ut Babylonem iret, cum ille in ruinis Hierosolymorum degere mallet, ibi relinquit, Godoliae diligentissime commendatum, concesso etiam Barucho scriba in lingua patria praeclare erudito. quotquot igitur propter obsidionem transfugerant, cum ad Godoliam se contulissent, ab eo moniti sunt ut agros colerent et quas quique vellent urbes incolerent ruinasque instaurarent: quem ob probitatem eius mirifice dilexerunt.

Cum autem inter caeteros Ismael quidam ex regio genere, qui tempore obsidionis ad Ammanitas confugerat, accessisset, quidam hominis occidendi potestatem a Godolia petierunt, quod eius vitae ab illo insidiae struerentur. verum Godolias fidem illis non habuit, atque etiam praestare dixit semetipsum perire quam occidere hominem qui ipsius fidei se commisisset. aliquanto post ille Ismael cum aliis a Godolia hospitio exce-

λίαν καὶ τοὺς συμποσιάζοντας. εἶτα νυκτὸς ἐπιθέμενος τοῖς καταλειφθεῖσιν ἐν τῇ πόλει Βαβυλωνίοις, αὐτούς τε ἀνεῖλε καὶ πάν- D τας τοὺς ἐκεῖ Ἰουδαίους. τῇ ἐπαύριον δὲ ὀγδοήκοντα ἀνδρῶν ἐκ τῆς χώρας σὺν δώροις πρὸς Γοδολίαν ἐλθόντων, καὶ τούτους ἀνεῖλεν ὁ Ἰσμαήλ, ἄνευ ὀλίγων τινῶν οἳ κεκρυμμένα ἐν τοῖς ἀγροῖς ἔπιπλά τε καὶ ἐσθῆτας καὶ σῖτον ὑπέσχοντο δεῖξειν αὐτῷ. λαβὼν δὲ καὶ αἰχμαλωσίαν πολλὴν ἀπῄει πρὸς Ἀμμανίτας. ταῦτα δὲ μαθόντες ἡγεμόνες τῶν Ἰουδαίων τινές, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς παραθήξαντες, κατεδίωξαν αὐτόν· καὶ τὴν μὲν αἰχμαλωσίαν ἐπανεσώσαντο, Ἰσμαὴλ δὲ σὺν ἀνδράσιν ὀκτὼ διαπέφευγεν.

Οἱ δὲ περισωθέντες τοὺς Βαβυλωνίους δεδοικότες ἀπιέναι πρὸς Αἴγυπτον ἐβουλεύοντο. καὶ τοῦ Ἱερεμίου μένειν αὐτοῖς P I 117 συμβουλεύοντος (μένουσι γὰρ τὸ θεῖον αὐτοῖς προμηθεύσασθαι μή τι πείσεσθαι κακόν, ἀπιοῦσι δὲ μὴ συνέσεσθαι αὐτοῖς) οὐκ ἐπίστευον, ἀλλ᾽ ἀπειθήσαντες ἀπῆραν εἰς Αἴγυπτον, ἄγοντες καὶ τὸν Ἱερεμίαν καὶ τὸν Βαρούχ. ἀπελθόντι δ᾽ ἐκεῖ τῷ προφήτῃ δηλοῖ τὸ θεῖον τὰ μέλλοντα. ὁ δὲ προὔλεγε τοῖς ὁμοφύλοις ὡς ἐπὶ τοὺς Αἰγυπτίους στρατεύσει ὁ Βαβυλώνιος καὶ τῆς Αἰγύπτου κρατήσει, καὶ ὡς τοὺς μὲν αὐτῶν κτενεῖ τοὺς δὲ δορυαλώτους ἀπάξει. δι᾽ ἃ καὶ καταλευσθεὶς ὑπὸ τῶν συμφυλετῶν τέθνηκεν. ἃ δὲ προείρηκε γέγονε· πέμπτον γὰρ ἔτος μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἤνυετο πόρθησιν, καὶ Ναβουχοδονόσορ κατὰ τῆς Κοίλης Συρίας ἐξώρμησε, καὶ κατασχὼν αὐτὴν Ἀμμανίταις ἐπῆλθε καὶ B

3 δὲ] καὶ A. 13 τὸ θεῖον om A. αὐτοὺς A.

tus tum ipsum tum caeteros convivas occidit. deinde Babylonios in urbe relictos noctu aggressus una cum omnibus Iudaeis qui ibi erant perimit. postridie viros octoginta Godoliae dona oblaturos, paucis exceptis qui in agris occultatam supellectilem vestes et frumentum se ei ostensuros pollicebantur, trucidat; iisque rebus et multis captivis acceptis reditum ad Ammanitas parat. his duces quidam Iudaeorum cognitis, cohortati suos et Ismaelem persecuti, captivos recipiunt, illo cum octo viris elapso.

Qui cladi illi superfuerant, Babylonios metuentes, de petenda Aegypto deliberabant. cum autem Hieremias eis manendi auctor esset (deum enim provisurum ne quid mali paterentur; sin abissent, deserturum eos), fidem prophetae non habuerunt, sed spretis eius monitis in Aegyptum et ipsum et Baruchum secum abduxerunt. quo propheta cum pervenisset, quid futurum esset divinitus edoctus popularibus praedicit, Babylonium Aegyptios invasurum Aegyptique potiturum, atque alios occisurum alios in captivitatem abducturum: eaque de causa a popularibus suis lapidibus obrutus occidit. sed quae praedixerat facta sunt: nam quinto post vastationem Hierosolymorum anno Nabuchodonosor Coelesyria occupata, Moabitis

Μωαβίταις, κἀκεῖθεν ἐπ' Αἴγυπτον ἐξεστράτευσε, καὶ ὑποτάξας αὐτὴν κτείνει τὸν βασιλεύοντα, ἕτερον δ' ἐγκαθίστησι, τοὺς δ' W I 83 ἐκεῖ Ἰουδαίους εἰς Βαβυλῶνα μετήνεγκεν. Ἱερεμίου δ' ἐν Αἰγύπτῳ ταφέντος, λέγεται ὁ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος, κυριεύσας τῆς Αἰγύπτου μετὰ τῶν ἄλλων, ἐξυμνούντων τὸν προφήτην τῶν Αἰγυπτίων, μετενεγκεῖν τὰ ὀστᾶ ἐκείνου εἰς τὴν παρ' αὐτοῦ κτισθεῖσαν πόλιν τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

Ὁ μὲν οὖν προφήτης προεῖπεν, ὡς εἴρηταί μοι, τὰ συμβησόμενα· τὸ δὲ τῶν Ἑβραίων γένος τοιοῦτον εὕρατο τέλος, πέραν C Εὐφράτου μετενεχθέν. αἱ μὲν γὰρ δέκα φυλαὶ Ὠσηὲ βασιλεύοντος εἰς Σαμάρειαν παρὰ τῶν Ἀσσυρίων ᾐχμαλωτίσθησαν, αἱ δὲ δύο φυλαὶ μετὰ ταῦτα παρὰ Ναβουχοδονόσορ ἐλήφθησαν δορυάλωτοι, καὶ ὅσοι μετὰ τὴν τῶν Ἱεροσολύμων ἅλωσιν ὑπελείφθησαν. καὶ ὁ μὲν Σαλμανασὰρ τὸ τῶν Χουθαίων ἔθνος ἐκ Περσίδος μετῴκισεν εἰς Σαμάρειαν, ὁ δὲ Ναβουχοδονόσορ ἔρημον ἀφῆκε τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ἔμεινεν οὕτως ἐπὶ ἐνιαυτοὺς ἑβδομήκοντα. ὁ μεταξὺ δὲ τῆς τῶν δέκα φυλῶν αἰχμαλωσίας ἐκ Σαμαρείας καὶ τῆς τῶν δύο ἐξ Ἱερουσαλὴμ χρόνος ἑκατὸν τριάκοντα ἔτη καὶ μῆνες ἓξ πρὸς ἡμέραις δέκα ἐγένοντο.

2. Τοὺς δὲ εὐγενεστέρους τῶν αἰχμαλώτων παῖδας καὶ τῷ D βασιλεῖ Σεδεκίᾳ προσήκοντας καὶ τῶν ἄλλων ἀκμαιοτέρους καὶ ὡραιοτέρους ἐκτομίας ποιήσας ὁ Βαβυλώνιος, καὶ παιδαγωγοῖς

14 σαλαμανασὰρ A.

FONTES. *Cap.* 2. *Iosephi Ant.* 10 10. *Daniel* 2 *cum Commentario Theodoreti p.* 1089 1090 *ed. Schulzii. pauca sunt ipsius Z.*

et Ammanitis subactis, Aegyptoque in potestatem redacta et rege obtruncato, alium provinciae praeponit: Iudaeos qui illic erant Babylonem traducit. ferunt Alexandrum regem Aegypto subacta, cum Hieremias ab Aegyptiis divinis laudibus celebraretur, ossa eius in urbem a se conditam Alexandriam transtulisse.

Propheta igitur, ut iam exposui, sic res futuras praedixit: gens autem Hebraeorum talem sortita est exitum, ultra Euphratem abducta. nam decem tribus Osea Samariae regnante ab Assyriis, post duae tribus cum iis qui captivitati Hierosolymorum superfuerant a Nabuchodonosore captae fuerunt. at Salmanasar Chuthaeorum gentem Persicam Samariam transtulit: Nabuchodonosor vero Iudaeam vastam iacere passus est; itaque mansit per annos septuaginta. inter captivitatem tribuum Samariae decem et Hierosolymorum duarum intercesserunt anni centum triginta, menses septem et dies decem.

2. Captivorum puerorum nobilissimum quemque et regi Sedeciae cognatum et e caeteris robustissimos et formosissimos Babylonius castratos

παραδούς, τά τε τῶν Χαλδαίων ἐδίδασκε γράμματα καὶ τὰ ἐπιχώρια, ἐκ τῆς ἰδίας τραπέζης ἀποτάξας σφίσι τὴν δίαιταν. τέσσαρες δὲ τῶν παίδων ἦσαν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ γεγονότες γένους, καλοὶ τὰς ὄψεις καὶ ἀγαθοὶ τὰς φύσεις· ὧν τὸν μὲν Δανιὴλ καλούμενον Βαλτάσαρ ὁ Βαβυλώνιος μετωνόμασε, τὸν δὲ Ἀνανίαν ὠνομασμένον Σεδράχ, Μισαὴλ δὲ τὸν ἕτερον κεκλημένον Μισάκ, καὶ τὸν λοιπὸν Ἀζαρίαν Ἀβδεναγώ· οὓς καὶ τῶν ἄλλων ἦγεν ἐντιμοτέρους, δι' εὐφυΐαν ἐπὶ σοφίᾳ προκόπτοντας. οὗτοι τοίνυν οἱ νεανίαι τοῦ προεστῶτος αὐτῶν εὐνούχου ἐδέοντο μὴ τοῖς ἐκ τῆς P I 118 *βασιλικῆς τραπέζης χορηγουμένοις αὐτοῖς διαιτᾶν σφᾶς, ἀλλ' ὀσπρίοις καὶ φοίνιξι καὶ τοιούτοις ἄλλοις. ὁ δὲ δεδιέναι ἔλεγε μὴ τοιούτοις τρεφόμενοι λεπτυνθῶσι τὰ σώματα, καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως διὰ τοῦτο αὐτὸς κακωθῇ. οἱ δὲ ἐφ' ἡμέρας δέκα οὕτω διαιτῆσαι αὐτοὺς παρεκάλουν, καὶ εἰ μὲν μὴ μεταβάλοιτο ἡ τῶν σωμάτων ἕξις αὐτοῖς, οὕτω διαιτᾶν αὐτοὺς καὶ εἰς τὸ ἑξῆς, εἰ δ' ἴδοι τὰ σώματα αὐτῶν ἰσχναινόμενα, τῆς προτέρας ἔχεσθαι διαιτήσεως. πείθεται τούτοις ὁ τῶν παίδων προεστηκώς, καὶ οὕτω ποιήσας ὡς οὐδὲν αὐτοὺς ἐκ τῶν τοιούτων τροφῶν παθόντας εἶδε, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ τῶν ἄλλων θαλερωτέρους γεγονότας, ἀψύχους* B *αὐτοῖς προσῆγε τροφάς. οἱ δὲ λεπτυνθέντος αὐτοῖς τοῦ νοός, πᾶσαν κατώρθωσαν παιδείαν Χαλδαϊκὴν καὶ Ἀσσύριον. ὁ δέ γε Δανιὴλ καὶ περὶ κρίσεις ὀνείρων κατέτεινε τὴν σπουδήν.*

Εἶτα ἐνύπνιον ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐξαίσιον θεασάμενος, καὶ τὴν κρίσιν τούτου κατὰ τοὺς ὕπνους μαθών, τοῦ τε ὀνείρου καὶ τῆς κρίσεως αὐτοῦ ἐπελάθετο. ἕωθεν οὖν μεταπεμψάμενος τοὺς

12 *λεπτυνθῶσι* A, *λεπτωθῶσι* PW. 14 *μεταβάλοιτο* A, *μεταβάλλοιτο* PW.

paedagogis tradidit, litteris et institutis Chaldaeorum erudiendos, victu de sua mensa illis constituto. fuerunt autem quattuor pueri regii generis et forma et ingeniis praestantes, quorum Danieli Baltasaris, Ananiae Sedrachi, Misaeli Misaci, Azariae Abdenagi nomen fecit Babylonius, quibusque prae caeteris honorem habuit ob indolem disciplinarum capacem. hi igitur adolescentes eunuchum cui parebant rogarunt ne sibi regiae mensae fercula praeberentur, sed legumina, dactyli et alia id genus. ille cum se vereri diceret ne illo cibo extenuatis eorum corporibus ipse a rege male tractetur, tamen pueris petentibus ut decem diebus ita pascerentur et, si corpora sua non mutarentur, ita pergeret, sin extenuari videret, pristinum victum praeberet, obtemperat. cumque non modo nihil eis decedere, sed vegetiores etiam caeteris reddi videret, cibos inanimes eis praebet. ita subtilioribus redditis ingeniis, in omni doctrina Chaldaica et Assyriaca egregie profecerunt. Daniel etiam somniis coniiciendis animum intendit.

Cum autem Nabuchodonosor mirabile somnium vidisset cum eiusdem enarratione, utriusque oblitus mane Chaldaeos vates et magos arcessit,

*Χαλδαίους καὶ τοὺς μάντεις καὶ μάγους, ἀπῄτει τούτους τὸ ὄναρ
τε εἰπεῖν αὐτῷ καὶ τὴν τούτου δήλωσιν. οἱ δὲ αὐτὸν ἤθελον
πρότερον εἰπεῖν τὸ ἐνύπνιον, καὶ οὕτως αἰτεῖν ἐξ ἐκείνων τὸ ση-
μαινόμενον. ὠργίσθη ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς καὶ θάνατον ἁπάν-
των κατεψηφίσατο μὴ δύνασθαι λεγόντων εὑρηκέναι τὸν ὄνειρον.
C τούτοις ὡς σοφοὶ καὶ Δανιὴλ καὶ οἱ τρεῖς παῖδες καὶ συνεκλήθη-
σαν καὶ συγκατεκρίθησαν. πρόσεισι τοίνυν ὁ Δανιὴλ τῷ τῶν
βασιλικῶν σωματοφυλάκων ἐξάρχοντι, καὶ ἠξίωσεν ἐπὶ μίαν νύκτα
τὴν ἀναίρεσιν τῶν κατακρίτων ὑπερτεθῆναι· "ἴσως γάρ" ἔφη "δι'
αὐτῆς δεηθησόμεθα τοῦ θεοῦ καὶ γνωσόμεθα τὸ ἐνύπνιον." ἐνέ-
δωκεν ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν αἴτησιν. καὶ συμπαραλαβὼν ὁ Δα-
νιὴλ καὶ τοὺς τρεῖς αὐτοῦ συγγενεῖς παῖδας, ἱκέτευσε διὰ τῆς
W I 84 νυκτὸς τὸν θεόν. δηλοῦται οὖν αὐτῷ θεόθεν καὶ τὸ ἐνύπνιον καὶ
τὰ δι' αὐτοῦ σημαινόμενα. καὶ μεθ' ἡμέραν ἀπῄει πρὸς τὸν
βασιλέα καί οἱ παρὰ τοῦ θεοῦ ἔφη γνωρισθῆναι αὐτῷ καὶ τὸ ὄναρ
D καὶ τὴν αὐτοῦ δήλωσιν, ἐλεήσαντος τοὺς ἀδίκως διὰ τοῦτο ἀπο-
θανεῖν κινδυνεύοντας, "οὐδὲν δ' ἧττον καὶ σὲ τὸν κτεῖναι θέλοντα
ἀναιτίως τοσούτους ἐξ ὧν ἀπῄτεις ἀδύνατα, ἃ μόνῃ τῇ θείᾳ φύσει
γνωστά. ἃ δ' ἐθεάσω τοιαῦτα εἰσίν. ἐδόκεις ὁρᾶν ἀνδριάντα
μέγαν ἑστῶτα, οὗ χρυσῆ μὲν ἡ κεφαλή, οἱ δὲ ὦμοι καὶ οἱ βραχίο-
νες ἀργυροῖ, ἡ δέ γε γαστὴρ μετὰ τῶν μηρῶν ἐκ χαλκοῦ, αἱ κνῆ-
μαι δὲ καὶ οἱ πόδες ἦσαν μέρος μέν τι σιδήρεοι, μέρος δέ τι ὀστρά-
κινοι. εἶτα λίθος ἐξ ὄρους ἀπορραγεὶς τῷ ἀνδριάντι ἔδοξεν ἐμ-
πεσεῖν καὶ συντρῖψαι αὐτόν, καὶ λεπτῦναι τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄρ-*

2 αὐτῷ om A. 9 κατακριθέντων A. 17 κτεῖναι post τοσούτους A. 20 μέγαν ἑστῶτα om A.

somnium et eius explicationem ab eis flagitat. verum illis petentibus ut somnium prius enarraret ac tum demum diiudicationem postularet, rex iratus quod somnium se reperire posse negassent, omnes capitis condemnat. inter hos et Daniel et tres pueri, ut homines eruditi, et vocati et una condemnati fuerant. Daniel igitur regiorum satellitum praefectum orat ut caedem damnatorum unam noctem differret: "fortassis enim" inquit "precati deum somnium cognoscemus." mora impetrata, tribus cognatis adhibitis, pernox precatus deum, et somnium et eius significationem cognoscit. mane regem accedit, somnium et eius significationem a deo sibi revelatam esse indicat, miserto eorum qui propterea insontes in capitis periculo essent; "nec minus tui ipsius" inquit, "qui tot occisurus eras sine culpa, a quibus ea postulasti quae sciri ab eis non poterant ac soli naturae divinae sunt cognita. ea vero quae vidisti huiusmodi sunt. visus es videre statuam magnam hominis stantem, cuius caput esset aureum, humeri et brachia argentea, venter cum femoribus aereus, crura et pedes partim ferrei partim testacei. deinde lapis ex monte abruptus visus illidi statuae, eam-

γυρον καὶ τὸν χαλκὸν καὶ τὸν σίδηρον καὶ τὸν ὄστρακον ἐς τοσοῦτον, ὡς ὑπ' ἀνέμου ἐκλικμηθῆναι αὐτά. ὁ δὲ λίθος ἐδόκει αὐξῆσαι καὶ εἰς τοσοῦτον μέγεθος προελθεῖν ὡς πᾶσαν ὑπ' αὐτοῦ πεπληρῶσθαι τὴν γῆν. οὗτος μὲν οὖν σοι ὁ ὄνειρος· ἃ δὲ δηλοῦταί P I 119 σοι δι' αὐτοῦ, φροντίζοντι περὶ τῆς βασιλείας καὶ τίς ἄρξει μετὰ σέ, ταῦτα εἰσίν. ἡ μὲν χρυσῆ κεφαλὴ σύ τε εἶ καὶ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς τῶν Βαβυλωνίων, τὸ πολύολβον δ' ὁ χρυσὸς τῆς ἀρχῆς σου παραδηλοῖ· αἱ δὲ δύο χεῖρες καὶ οἱ ὦμοι διττὰς εἰκονίζουσι βασιλείας, ὑφ' ὧν ἡ ὑμῶν ἡγεμονία καταλυθήσεται· ἡ χαλκῆ δὲ γαστὴρ καὶ οἱ τοιοῦτοι μηροὶ βασιλέα δηλοῦσι χαλκὸν ἐνδεδυμένον, ὃς τοὺς ὑμᾶς καταλύσοντας καθαιρήσει· τὴν δ' ἐκείνου βασιλείαν αὖθις ἑτέρα καταπαύσει δυνατωτέρα· τοῦ τε γὰρ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργύρου καὶ τοῦ χαλκοῦ ὁ σίδηρος δυνατώτερος." ὁ μὲν γὰρ χρυσός, καὶ μᾶλλον ὁ καθαρώτατος, τοῦ ἀργύρου ἐστὶ μαλακώτερος· ὁ δ' ἄργυρος τοῦ μὲν χρυσοῦ στεγανώτερος, τοῦ δὲ χαλκοῦ τυγχάνει χαυνότερος· ὁ δὲ σίδηρος B αὖθις καὶ τοῦ χαλκοῦ στερεώτερος. κεφαλῇ μὲν οὖν ἡ τῶν Ἀσσυρίων βασιλεία ἀπείκασται, ὡς προγενεστέρα τῶν ἄλλων καὶ τῷ χρόνῳ προάγουσα. δευτέραν δὲ τὴν τῶν Μήδων καὶ τῶν Περσῶν ἐκάλεσεν, αἳ τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἀρχὴν καθῃρήκασιν. ὁ γὰρ Κῦρος, ὥσπερ ἱστορηθήσεται, Πέρσης μὲν ἦν πατρόθεν, τοῖς δὲ Μήδοις προσῆκεν ἐκ τῆς μητρός· ὃς ἄμφω τὰ ἔθνη συμπαραλαβὼν καὶ πολεμήσας τοῖς Ἀσσυρίοις τὴν αὐτῶν βασιλείαν κατέλυσε. τῇ δυάδι δὲ τῶν χειρῶν ἡ τῶν ἐθνῶν τούτων ἀμφοῖν δυὰς

2 post ἐκλικμηθῆναι A et Colberteus add καὶ σκεδασθῆναι. 14 καὶ om A. 17 αὖθις om A.

que conterere, atque aurum argentum aes ferrum et testam ita comminuere, ut a vento dissiparentur; lapis vero in tantam molem excrescere, ut omnem terram impleret. et hoc somnium vidisti, cum de regno et successore imperii sollicite cogitares: quae vero eo significantur, haec sunt. aureum caput tu es et caeteri reges Babyloniorum: nam aurum imperii tui felicitatem innuit. duae vero manus et humeri duo regna repraesentant a quibus vester principatus destruetur. venter et femora aerea regem significant aere indutum, qui eos opprimet a quibus vos opprimendi estis. illius porro regnum ab alio potentiore destruetur: nam et auro et argento et aere ferrum est durius." aurum enim, purum putum praesertim, est argento mollius; argentum, ut auro densius, ita aere laxius; ferrum porro aere etiam solidius est. capiti igitur regnum Assyriorum est comparatum, ut antiquius et vetustius caeteris. altero Medorum et Persarum regnum intelligitur, qui Assyriorum regnum everterunt. nam Cyrus, ut post narrabitur, Persa patre, matre Medica natus, utriusque gentis armis Assyrios devicit, eorumque regnum evertit: duabus autem manibus duae gentes significantur.

εἰκονίζεται. τρίτην δὲ βασιλείαν τὴν τῶν Μακεδόνων καλεῖ. τῷ
χαλκῷ δὲ ταύτην ἀπείκασεν ὡς δυνατωτέραν, οἷα καὶ τὴν Περσι-
C κὴν ἀρχὴν καταλύσασαν. καὶ διὰ μὲν τῆς κοιλίας ἡ Ἀλεξάνδρου
μοναρχία ὑποτυποῦται, διὰ δὲ τῶν μηρῶν ἡ μετὰ θάνατον ἐκεί-
νου τῆς βασιλείας διαίρεσις καὶ ὁ αὐτῆς μερισμός. τετάρτην δὲ
βασιλείαν τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐκάλεσεν, ᾗ τὸν σίδηρον ἀπένειμε
διὰ τὸ στερέμνιον. ταῖς δὲ κνήμαις αὐτὴν εἰκόνισεν διὰ τὸ με-
τάχρονον· τῶν γὰρ ἄλλων μεγάλων βασιλειῶν μεταγενεστέρα ἡ
τῶν Ῥωμαίων, καὶ αἱ κνῆμαι δὲ καὶ οἱ πόδες τελευταῖα μέρη τοῦ
σώματος. τὸ δὲ τῷ σιδήρῳ ἀναμεμῖχθαι τὸ ὄστρακον αἰνίττεται
τὸ ἰσχυρὰν μὲν τὴν βασιλείαν εἶναι, ἔχειν δὲ παρ' ἑαυτῇ καὶ εὔ-
θραυστόν τι καὶ ἄναλκι· τοιοῦτον γὰρ τὴν φύσιν τὸ ὄστρακον,
συγκείμενον ἐκ πηλοῦ.

D 3. Εἰ μὲν οὖν πρὸς τὴν προτέραν κατάστασιν τῆς Ῥωμαίων
ἡγεμονίας ἀναγαγεῖν τις βουληθείη τὸ ὅραμα, ὅτε ἡ γερουσία καὶ
οἱ δικτάτορες καὶ οἱ ὕπατοι καὶ οἱ δήμαρχοι καὶ ὁ δῆμος τῆς τῶν
πολιτικῶν πραγμάτων ἀντείχοντο διοικήσεως, εὑρήσει πολλαχοῦ
τὸν δῆμον τῇ γερουσίᾳ διαφερόμενον καὶ στάσεις ἐγειρομένας,
ἄλλα μὲν τῶν τῆς βουλῆς διαταττομένων, ἄλλα δὲ τῶν τοῦ πλή-
θους ἀντεισαγόντων, ὡς ἐκ τούτου μάχεσθαί τε ἀλλήλοις καὶ σφίσι
τὰ πράγματα διὰ τὴν διχόνοιαν ἔστιν οὗ ῥέπειν ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ
W I 85 ἀσθενέστερον. σιδήρῳ μὲν οὖν ἄν τις εἰκονίσῃ τὴν σύγκλητον

5 αὐτῆς AW, αὐτὸς P. 11 εἶναι τὴν βασιλείαν A. 12 γὰρ] μὲν A. 16 τῆς om A.

Fontes. *Cap.* 3. *Quaedam sunt ipsius Z. inde a p.* 214 *v.* 3 *Daniel* 2 *cum Commentario Theodoreti p.* 1092 1093. *Iosephi Ant.* 10 10 § 5.

tertium regnum est Macedonum, aeri comparatum utpote potentius, quod Persicum imperium destruxit; ac venter quidem Alexandrum refert, duo femora divisionem regni post eius obitum. quartum regnum est Romanorum, cui ferrum attribuit ob soliditatem, et tibias ratione temporis, quod caeteris magnis imperiis sit posterius, quemadmodum crura et pedes extremae sunt partes corporis. iam testa ferro admista significat regnum illud, etsi robustum sit, tamen fragile aliquid et imbecillum habere adiunctum, cuiusmodi est testa limo constans.

3. Quod si quis hanc visionem ad priorem rei publicae statum, quo penes senatum dictatores consules tribunos et plebem summa rerum fuit, referat, videbit plebem saepe motis seditionibus a patribus dissensisse, alia senatu, alia plebe decernente: unde cum inter sese pugnarent, res eorum ex discordia nonnunquam deteriores et imbecilliores exstiterunt. ac senatus cum ferro conferri queat ob animi gravitatem, plebs magistratibus et

διὰ τὸ τῆς γνώμης στερέμνιον, ὀστράκῳ δ' ἂν εἰκασθείη τὸ πλῆθος, ἀναμεμιγμένον ὂν τοῖς ἐν τέλει καὶ τῇ βουλῇ, διά τε τὸ συρφετῶδες καὶ τὸ χαμαίζηλον (τοιοῦτον γὰρ ὁ πηλὸς ὅθεν τὸ ὄστρακον γίνεται) καὶ διὰ τὸ εὐμετάβολον καὶ τὴν ἀσθένειαν τοῦ φρονήματος. εἴωθεν γὰρ τὸ πλῆθος ἀστατεῖν ῥᾳδίως τε μετάγεσθαι καὶ P I 120 *μεταβουλεύεσθαι· ταῦτα δέ τις εὑρήσει πλειστάκις τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ συμβεβηκότα, ἐπιὼν τὰ περὶ ταύτης ἀρχαῖα συγγράμματα.*

Εἰ μὲν οὖν πρὸς τὴν προτέραν κατάστασιν τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας ἀναφέροι τις τὴν διαφορὰν τῶν ὑλῶν καὶ τὴν μῖξιν αὐτῶν, ταῦτ' ἂν ἴσως λογίσαιτο, εἰ δὲ πρὸς τὴν ὑστέραν, ὅτε πρὸς μοναρχίαν ἐξ ἀριστοκρατίας μετήνεκτο Ῥωμαίοις τὰ πράγματα, καὶ πρὸς τὴν εἰσέπειτα τῆς βασιλείας κατάστασιν, καὶ τότε πλείστην ἂν καταλάβοι τῇ πολιτείᾳ προξενήσασαν βλάβην τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν Ῥωμαίων διχόνοιαν. ὅ τε γὰρ Καῖσαρ τῆς μοναρχίας ὀριγνηθεὶς ἐμφυλίους πολέμους πρὸς τὸν Μάγνον Πομπήϊον καὶ πρὸς B *τοὺς ἄλλους οἳ τῆς ἐλευθερίας ἀντεποιοῦντο τῆς παλαιᾶς συνεστήσατο, καὶ πρὸς τοὺς ἀνελόντας αὖθις αὐτὸν ὁμοίας μάχας ὁ Καῖσαρ ὁ Αὔγουστος καὶ ὁ Ἀντώνιος συνεκρότησαν, εἶτ' αὖθις ἄμφω πρὸς ἀλλήλους οὗτοι περὶ τῆς αὐταρχίας διαφερόμενοι πολέμους βαρεῖς κεκινήκασιν, ἀμφοτέρωθεν ἐν πάσαις ταῖς μάχαις φθειρομένων ὁμογενῶν, κἀντεῦθεν τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐλαττουμένης δυνάμεως. καὶ οὐδ' ἐν τοῖς μετέπειτα τὰς στάσεις λωφησάσας ἴδοι τις ἄν.*

Εἰ δέ τις πρὸς τὰς ὕστερον βασιλείας τὴν τοῦ σιδήρου καὶ τοῦ ὀστράκου φύσιν παραβαλεῖ, εὑρήσει πῇ μὲν ἰσχυρὰν τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχήν, πῇ δὲ ἀσθενοῦσαν καὶ τὸ πλεῖστον τῆς παλαιᾶς

4 τὴν A, διὰ τὴν PW. 6 ῥωμαϊκῇ A. 11 ἐξ ἀριστοκρατίας om A. καὶ A, εἰ καὶ PW. 25 ἀσθενοῦσαν] ἀμελοῦσαν C.

senatui admista, testae, cum ob vilitatem et humilitatem, cuiusmodi limus est unde testa conficitur, tum ob levitatem et infirmitatem consilii. est enim multitudo levi sententia, et facile huc atque illuc impellitur: quae, si quis Romanorum veteres annales evolvat, ei genti saepissime accidisse reperiet.

Haec igitur diversae materiae mistionem ad primum rei publicae statum referenti in mentem venire queant: sin posteriorem imperii rationem spectes, re publica ex aristocratia in monarchiam commutata et ab imperatoribus occupata, etiam tum e Romanorum dissensionibus multas ortas esse calamitates deprehendas. nam et Caesar cupiditate regni impulsus bellum civile cum Pompeio Magno et caeteris antiquae libertatis defensoribus gessit, et Caesar Augustus atque Antonius itidem bellum eius interfectoribus intulerunt. qui deinde ambo inter sese, uter solus regnaret, certantes, gravia bella gesserunt, caesis utrinque civibus in praeliis, et Romanorum viribus imminutis. immo nec deinceps quievisse seditiones videas.

Iam si ferri et testae qualitatem cum posterioribus regnis conferas, Romanum imperium ibi quoque partim firmum invenies partim imbe-

C ἀποβεβληκυῖαν ἐπικρατείας, καὶ πολλοστῷ νῦν μέρει τῆς παλαιᾶς ἐκείνης περιγεγραμμένην ἡγεμονίας.

Τὰ μὲν οὖν τῶν τεσσάρων βασιλειῶν ἐν τούτοις· ἡ δὲ λοιπή τε καὶ ἀκατάλυτος, ἣν ὁ λίθος εἰκόνιζεν ὃς ἄνευ χειρῶν ἐτμήθη καὶ τὰς ὕλας ἐλέπτυνεν ἐξ ὧν συνετέθειτο ἡ εἰκών, καὶ τὴν γῆν ἐπλήρωσεν ἅπασαν, ἣν εἰς τοὺς αἰῶνας ὁ προφήτης εἴρηκε μὴ διαφθαρήσεσθαι, ἡ μέλλουσα ἐπιφάνεια εἴη ἂν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἥτις, τῆς σιδηρᾶς βασιλείας γενομένης ἀσθενεστέρας διὰ τὴν τοῦ ὀστράκου ἐπιμιξίαν, ἀναφανήσεται· ὅτε αὐτῷ τὰ πάντα ὑποταγήσεται, καὶ βασιλείας ἀτελευτήτου τε καταξιώσει καὶ ἀδιαφθόρου τοὺς ταύτης ἀξίους ἑαυτοὺς
D καταστήσαντας. λίθον γὰρ εἴωθεν ἡ γραφὴ καλεῖν τὸν Χριστόν. ὅ τε γὰρ Δαβὶδ "λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες" ἔφη, "οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας," καὶ ὁ Ἡσαΐας ἐκ προσώπου φησὶ τοῦ θεοῦ "ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἀκρογωνιαῖον." καὶ ὁ μέγας Παῦλος ἀκρογωνιαῖον καλεῖ τὸν Χριστόν, ἐφ' ᾧ ἐποικοδομηθῆναι τοὺς πιστεύσαντας ἔγραψε. καὶ πάλιν λέγει "θεμέλιον ἕτερον οὐδεὶς δύναται θεῖναι παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός." καὶ αὖθις ἑτέρωθι "ἔπινον ἐκ πνευματικῆς ἀκολουθούσης πέτρας, ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός." καὶ πέτρα δὲ σκαν-
P I 121 δάλου καὶ λίθος προσκόμματος λέγεται, καὶ πολλαχοῦ ἂν εὑρεθείη

1 καὶ] ἢ A. 5 συντέθειτο A. 11 καὶ ἀδιαφθόρου ἀξιώσει A. 13 Δαβίδ] Ps. 118 22. 14 ἐγενήθη A, ἐγεννήθη PW. Ἡσαΐας] 28 16. 15 φησὶ om A. 16 Παῦλος] ad Eph. 2 20. ante καλεῖ A add αὐτόν. 17 λέγει] 1 Cor. 3 11. 18 post Ἰησοῦς PW add ὁ, om A Theodoretus. 19 ἑτέρωθι] 1 Cor. 10 4.

cillum, amissa maxima parte potentiae veteris, vix reliquiis quibusdam retentis.

Atque haec de quattuor regnis: restat illud quod non est evertendum, lapide sine manibus exciso adumbratum, comminuente materias quibus imago constabat, et universam terram implente, quodque propheta dixit nullo aevo periturum. hoc Christi domini nostri adventum significat, qui, cum regnum ferreum ob testae admistionem factum fuerit imbecillius, apparebit: cum ei subiicientur omnia, regnoque infinito et non perituro dignabitur eos qui se illo dignos praebuerunt. lapidem enim scriptura Christum solet dicere. nam et David "lapis" inquit, "quem reiecerunt aedificantes, in caput anguli translatus est," et Esaias sub persona dei dicit "ecce pono lapidem in summo angulo." divus Paulus item angularem lapidem Christum vocat, cui inaedificatos esse credentes scribit. atque iterum "aliud" inquit "fundamentum nemo iaciet praeter id quod iactum est, Iesum Christum." item alibi "bibebant de spirituali consequente eos petra, qui est Christus." ad haec petra scandali et lapis offensionis dicitur; multaque praeterea loca invenias

λίθος καὶ πέτρα κεκλημένος ὁ κύριος. τὸ δ' ἄνευ χειρῶν τμηθῆναι τὴν ὑπὲρ φύσιν αὐτοῦ γέννησιν προεδήλου, τὴν ἄνευ σπορᾶς, τὴν γαμικῆς ὁμιλίας χωρίς. ὄρος μὲν γὰρ ἡ τοῦ Ἰούδα νομισθείη φυλή, ἐξ ἧς ὁ Δαβίδ· λίθος δὲ ὁ Χριστός, τμηθεὶς ἐξ αὐτῆς κατὰ τὸ ἀνθρώπινον· ἄνευ δέ γε χειρῶν, ὅτι μὴ κατὰ τοὺς φυσικοὺς προῆλθε θεσμούς, ἀλλ' ἐξ ἀπειράνδρου καὶ ἁγίας γαστρός. ὃς μικρὸς μὲν ἐδόκει πρότερον διὰ τὴν φύσιν τῆς W I 86
ἀνθρωπότητος, προϊὼν δὲ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν τῆς οἰκείας δόξης ἐπλήρωσε, καὶ ἔτι μᾶλλον πληρώσει κατὰ τὴν μέλλουσαν αὐτοῦ ἐπιφάνειαν. B

Ὁ μὲν οὖν προφήτης τό τε ἐνύπνιον τῷ Ναβουχοδονόσορ ἀπήγγειλε καὶ τὴν τούτου σύγκρισιν ἀνεκάλυψεν, ὁ δὲ θαυμάσας ἐπὶ πρόσωπον ἔπεσε καὶ τῷ Δανιὴλ προσεκύνησε καὶ θύειν αὐτῷ διετάξατο, οὐκ ἐκείνῳ τὴν ἅπασαν ἀπονέμων τιμὴν ὁ ἀλαζὼν ἐκεῖνος καὶ ὑπερήφανος, ἀλλὰ τῷ παρ' ἐκείνου θρησκευομένῳ θεῷ. ἔφη γὰρ "ἐπ' ἀληθείας ὁ θεὸς ὑμῶν οὗτός ἐστι θεὸς θεῶν καὶ κύριος βασιλέων καὶ ἀποκαλύπτων μυστήρια." δόματά τε αὐτῷ παρέσχε πολλά, καὶ πάσης τῆς Βαβυλῶνος κατέστησεν ἄρχοντα, καὶ Βαλτάσαρ αὐτὸν ἐπωνόμασε, τὴν προσηγορίαν αὐτῷ θέμενος τοῦ οἰκείου θεοῦ.

4. Εἶτα χρύσεον ἀνδριάντα στήσας πηχέων μὲν τὸ ὕψος C
ἑξήκοντα πλάτος δὲ ἕξ, συνεκάλεσεν ἐξ ἁπάσης αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς

5 γε om A. 16 ἔφη] Dan. 2 47.

Fontes. *Cap.* 4. *Iosephi Ant.* 10 10 § 5—11 § 2. *Daniel* 3 *et* 4. *Theodoretus in Dan.* 5 p. 1158.

ubi dominus petra et lapis appellatur. quod autem is sine manibus excisus est, id ortum eius naturam superantem indicat, sine semine et coniugali congressu. nam mons putari queat Iudaica tribus e qua ortus fuit David, lapis autem Christus secundum humanitatem ex ea excisus, sine manibus, quia non lege naturae prodiit sed ex utero rudi viri et sancto. qui primum parvus est visus ob naturam humanam, in progressu vero terram omnem suae gloriae implevit, magis etiam impleturus futuro suo adventu.

Propheta igitur et somnium Nabuchodonosori exposuit, et comparationem eius revelavit. qui coniecturae sollertiam admiratus, pronus in faciem cecidit, et sacrificari Danieli iussit, non ipsi omnem illum honorem tribuens, homo superbus et arrogans, sed deo qui a Daniele colebatur: dixit enim "vere deus vester deus est deorum et dominus regum et arcanorum revelator." datisque multis muneribus Danielem totius Babylonis principem constituit, nomine Baltasaris (sic deus eius vocabatur) indito.

4. Deinde auream statuam cubitos altam sexaginta, latam sex, erigit, principes ex omni suo imperio convocat, audita que tuba pre-

τοὺς πρώτους, προστάξας ὅταν ἀκούσωσι τῆς σάλπιγγος τότε πεσόντας προσκυνεῖν τὸν ἀνδριάντα, τοὺς δ' ἀπειθήσαντας εἰς τὴν τοῦ πυρὸς ἐμβληθῆναι κάμινον, ἣν ἐκεῖ μεγάλην ἐξέκαυσε καὶ σφοδράν. πάντων οὖν προσκυνούντων οἱ τρεῖς νεανίαι, οὓς συγγενεῖς τοῦ Δανιὴλ ἡ ἱστορία παρέδωκε, μὴ παραβῆναι τὰ πάτρια θέλοντες οὐ προσεκύνησαν. καὶ οἱ μὲν εἰς τὴν κάμινον D αὐτίκα ἐβλήθησαν· τὸ δὲ πῦρ ἐκείνων οὐχ ἥψατο, ἀλλ' ἑστῶτες ἐν μέσῳ τῆς ἀνυποστάτου φλογὸς ἐκείνης ὕμνον ἀνέπεμπον τῷ θεῷ. συνειστήκει δὲ τοῖς τρισὶν ἐκείνοις καὶ τέταρτος· ἄγγελος δ' ἦν συγκαταβὰς αὐτοῖς καὶ τὸν φλογερὸν ἐκεῖνον ἀέρα μετατρέπων εἰς αὖραν δροσώδη. ταῦτα ἐξέστησαν τὴν θηριώδη ψυχὴν τοῦ βασιλέως ἐκείνου καὶ ἀτεράμονα, καὶ τὸν τῦφον ἀφεὶς πρόσεισι καὶ ἐξ ὀνόματος τοὺς νεανίας καλεῖ καὶ τὸν θεὸν αὐτῶν εὐλογεῖ, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐκείνους τιμῆς ἀξιοῖ καὶ ἡγεμόνας τῶν ἐν Βαβυλῶνι πάντων Ἰουδαίων καθίστησιν.

Ὁρᾷ δὲ μετ' ὀλίγον ὁ Ἀσσύριος ἐκεῖνος ἐνύπνιον ἕτερον. δένδρον ἑώρα μέγα τε καὶ τῆς γῆς περιέχον τὰ πέρατα, φύλλοις P I 122 ὡραϊζόμενον καὶ βρῖθον καρπῷ. ὑπ' αὐτὸ δὲ κατεσκήνουν τὰ θηρία τὰ ἄγρια, καὶ τὰ πετεινὰ ἐν τοῖς κλάδοις κατῴκει αὐτοῦ. εἶτα Ἲρ εἶδεν οὐρανόθεν ἐλθόντα καὶ ἐν ἰσχύϊ φωνήσαντα "ἐκκόψατε τὸ δένδρον, καὶ τοὺς κλάδους αὐτοῦ ἐκτίλατε, καὶ τὰ φύλλα ἐκτινάξατε, καὶ διασκορπίσατε τὸν καρπὸν αὐτοῦ, πλὴν ἐάσατε τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν αὐτοῦ· καὶ ἐν δεσμῷ σιδηρῷ καὶ ἐν τῇ χλόῃ

12 τοῦ βασιλέως om A. ἀτεράμονος A.

stratos illam adorare, qui non paruissent in caminum ignis coniici iubet, quem ibi magnum et vehementem incenderat. quam cum adorarent omnes, tres illi adolescentes, quos historia cognatos fuisse Danielis tradidit, patria instituta violare nolentes, non adorarunt. itaque statim in caminum coniecti sunt: verum ignis eos non attigit, sed stantes in medio flammae intolerabilis hymnum cecinerunt deo. adstitit tribus illis et quartus: is angelus erat, qui una cum eis descenderat, et ardentem illum aerem in auram roscidam commutabat. haec immanem et atrocem regis animum ita obstupefecerunt, ut seposito fastu accedens adolescentes nominatim vocaret, et eorum deo collaudato ipsos honore afficeret et principes omnium Iudaeorum qui Babylone erant crearet.

Non multo post idem Assyrius aliud somnium videt huiusmodi. arbor erat magna extremitates terrae amplectens, foliis ornata et fructu gravis, sub qua bestiae agrestes degebant, et volucres in ramis eius nidificabant. deinde Ir cernit caelo egressum, qui contenta voce clamaret "excidite arborem et ramos eius evellite et folia decutite et fructum eius dissipate, verum stirpem radicum eius relinquite: et in vin-

τῆς γῆς καὶ ἐν τῇ δρόσῳ τοῦ οὐρανοῦ αὐλισθήσεται, καὶ μετὰ
τῶν θηρίων ἡ μερὶς αὐτοῦ, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀνθρώ-
πων ἀλλοιωθήσεται, καὶ καρδία θηρίου δοθήσεται αὐτῷ, καὶ
ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπ' αὐτό." ταύτην ἰδὼν τὴν ὄψιν
συγκαλεῖ πάλιν τοὺς μάγους καὶ τοὺς σοφοὺς Βαβυλῶνος καὶ
ζητεῖ μαθεῖν τὰ δι' αὐτῆς σημαινόμενα. ἠπόρουν δ' ἐκεῖνοι καὶ B
οὐκ εἶχον λέγειν τοῦ ἐνυπνίου τὴν δήλωσιν. εἶτα πάλιν κατα-
φεύγει ἐπὶ τὸν Δανιὴλ καὶ διηγεῖται αὐτῷ τὸ ἐνύπνιον καὶ ἠξίου
λέγειν τὸ σύγκριμα· "δύνασαι γάρ" φησί, "ὅτι πνεῦμα θεοῦ
ἅγιον ἐν σοί." ὁ δὲ "κύριέ μου" φησί "βασιλεῦ, τὸ ἐνύπνιον
τοῦτο τοῖς μισοῦσί σε." εἶτα τὴν σημασίαν ἐξηγεῖται αὐτῷ καί
φησι "τὸ δένδρον τὸ μέγα, ὃ ἑώρακας, σὺ εἶ ὦ βασιλεῦ, ὅτι
ἐμεγαλύνθης καὶ ἴσχυσας, καὶ ἡ μεγαλοσύνη σου ἔφθασεν εἰς
τὸν οὐρανόν, καὶ ἡ κυρεία σου εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς" (μεγαλο-
σύνην δὲ τὴν τοῦ νοὸς ἐκάλεσεν ἔπαρσιν καὶ τοῦ φρονήματος τὸ
ὑπέρογκον)· "ὅτι δὲ εἶδες Ἶρ ἅγιον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνοντα" W I 87
(τουτέστιν ἄγγελον θεῖον· τὸ γὰρ Ἶρ ἐξελληνιζόμενον τὸν ἐγρηγο- C
ρότα δηλοῖ, δι' οὗ τὸ ἀσώματον ὑπαινίττεται· ὁ γὰρ σῶμα περι-
κείμενος ὕπνῳ δουλοῦται, ὁ τούτῳ δὲ μὴ δουλεύων ἀσώματον
ἔχει φύσιν) "ὅτι τοίνυν τὸν ἐγρηγορότα" φησί "ἐκεῖνον εἶδες
φωνήσαντα ἐκκοπῆναι τὸ δένδρον, ἐαθῆναι δὲ τὴν φυὴν τῶν
ῥιζῶν αὐτοῦ, καὶ τὰ λοιπά, ἔλπιζε τῆς βασιλείας μὲν ἐκπεσεῖν
καὶ τῆς πρὸς ἀνθρώπους κοινωνίας ἐκδιωχθῆναι, θηρίοις δὲ

4 αὐτό A: LXX αὐτόν. 16 Ἶρ εἶδες A.

culo ferreo, in herba terrae et in rore caelesti habitabit, deget cum bestiis, cor eius ab hominibus alienabitur et cor bestiae ei dabitur, et septem tempora super eo mutabuntur." hac visione conspecta rursus sapientes et magos Babylonios convocat, eius significationem scire cupiens. qui cum aestuarent nec significationem somnii reperirent, iterum ad Danielem confugit, narratoque somnio expositionem eius requirit: id eum posse, cum sanctus domini spiritus in eo sit. tum ille "domine mi rex" inquit, "somnium istud in eos vertatur qui te oderunt." deinde significationem ei exponit hoc modo "arbor magna quam vidisti, rex, tu es, quia magnus et potens evasisti, ac magnitudo tua caelum attingit, et dominatus tuus ad terrae extremitates protenditur" (magnitudinem autem vocabat elationem animi et fastum); "quod autem Ir sanctum vidisti de caelo descendentem" (id est divinum angelum: nam Ir vigilantem declarat, quo natura incorporea innuitur: nam cui corpus est, is somno succumbit; qui non, natura est corporis experte) "quoniam igitur vigilantem illum clamantem vidisti ut arbor exscinderetur et stirps radicum eius relinqueretur etc., futurum est ut regno excidas et commercio hominum pulsus inter bestias degas, gramine vescens. regnum

συναυλίζεσθαι καὶ χόρτον ἐσθίειν, μὴ μέντοι πάντη στερηθῆναι τῆς βασιλείας, ἐπανασωθῆναι δέ σοι αὖθις αὐτήν·" τούτου γὰρ εἶναι σημαντικὸν τὸ τὴν φυὴν τῶν ῥιζῶν ἐαθῆναι τοῦ δένδρου. D *τοιαύτην τῷ Ναβουχοδονόσορ ὁ Δανιὴλ τὴν ἐξήγησιν τοῦ ὁράματος ἐποιήσατο. καὶ γέγονε πάντα κατὰ τὸν θεῖον χρηματισμόν, καὶ μανίαν νοσήσας ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος διὰ τὸ ἀλαζονικόν τε καὶ ὑπερήφανον καὶ ἐπὶ τῆς ἐρήμου διατρίψας ἑπταετίαν, οὐδενὸς ἐπιθεμένου τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ πάλιν ἀπολαμβάνει αὐτὴν ἱλεωσάμενος τὸν θεόν. ἔτη δὲ τρία βασιλεύσας καὶ τεσσαράκοντα τελευτᾷ. μεμνῆσθαι δὲ αὐτοῦ ὁ Ἰώσηπος λέγει καὶ πολλοὺς τῶν ἀρχαίων ἱστορικῶν, τόν τε Βηρωσὸν καὶ τὸν Μεγασθένη καὶ τὸν Διοκλέα καὶ τὸν Φιλόστρατον.*

Τούτου δὲ τελευτήσαντος Εὐιλὰδ Μαροδὰχ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος τὴν ἀρχὴν διαδέχεται. ὃς αὐτίκα λύει μὲν τῶν P I 123 *δεσμῶν τὸν βασιλέα Ἰωακεὶμ τὸν καὶ Ἰεχονίαν καλούμενον, ὃν καθειργμένον εἶχεν ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ τιμῆς ἀξιοῖ, δίδωσι δὲ καὶ δωρεὰς αὐτῷ καὶ ὁμοδίαιτον εἶχε διαπαντός.*

5. *Καὶ τούτου δὲ παρελθόντος εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μετῆλθεν ἡ βασιλεία Βαλτάσαρ καλούμενον, καθ' οὗ Κῦρος μετὰ Περσῶν τε καὶ Μήδων ἐστράτευσεν. οὗτος γοῦν πότον ποιήσας τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ, καὶ μετὰ τῶν παλλακῶν κατακείμενός τε καὶ μεθυσκόμενος, ἐκέλευσεν ἐνεχθῆναι τὰ σκεύη τὰ*

1 *τῆς βασ. στερηθῆναι* A. 2 *σοι δὲ* A. 10 *Ἰώσηπος*] Ant. 10 11 1. 13 *μαροδὰχ* A Theodoretus, *Μαρωχὰδ* PW. 15 *Ἰεχωνίαν* Iosephus et Theodoretus.

Fontes. *Cap.* 5. *Daniel* 5 *et* 6 *cum Theodoreti Commentario, Iosephi Ant.* 10 11 § 2 — § 7.

tamen non penitus amittes, sed in integrum restitutus recipies:" id enim significari stirpe radicum relicta. sic igitur visionem Nabuchodonosori Daniel exposuit. et omnia facta sunt secundum divinum oraculum: nam rex furore percitus ob arrogantiam et superbiam, post septem annos in desertis exactos regnum interea a nemine occupatum recipit, placato deo. et cum annos quadraginta tres regnasset, moritur. huius multos etiam ex veteribus historicis, Berosum Megasthenem Dioclem et Philostratum, meminisse Iosephus refert.

Huic defuncto filius natu maior Evilad Marodach in imperio succedit. qui regem Ioachimum (idem et Iechonias appellatur) a Nabuchodonosore in vinculis habitum solvit et honorifice tractat, muneribus afficit, et perpetuum convictorem habet.

5. Eo quoque mortuo regnum ad fratrem eius Baltasarem transit, qui Cyri ductu et auspiciis a Persis et Medis est oppugnatus. hic proceribus ad compotationem invitatis, cum concubinis suis accumbens atque

ἱερὰ ἃ ἐξ Ἱεροσολύμων ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐσύλησεν καὶ τοῖς οἰκείοις θεοῖς ἀνατέθεικε· κομισθέντων δ' ἐκείνων, οἷς ὁ πατὴρ αὐτοῦ οὐκ ἐχρήσατο, αὐτὸς ἐκέχρητο τούτοις, καὶ μεταξὺ πίνων ἐβλασφήμει κατὰ τοῦ θεοῦ. ὁρᾷ τοίνυν ἀστράγαλον ἐκ τοῦ τοί- B χου προϊόντα χειρὸς ἀνθρωπίνης καὶ γράφοντα ἐπὶ τὸ κονίαμα τοῦ τοίχου· καὶ ἐξέστη, καὶ ἡ μορφὴ αὐτοῦ ἠλλοιώθη. καὶ τοὺς Χαλδαίους καὶ τοὺς μάγους καλέσας τὴν τῶν γραμμάτων ἀπῄτει δήλωσιν, καὶ ἀμοιβὰς μεγάλας δώσειν ἐκήρυξε τῷ σαφηνίσοντι τὴν σημασίαν αὐτῶν· ἀλλ' ἦσαν ἄγνωστα πᾶσι τὰ γεγραμμένα. ἀθυμοῦντα δὲ τὸν βασιλέα καὶ τεταραγμένον ἰδοῦσα ἡ μάμμη αὐτοῦ ἔφη ὡς "εἰ μεταπεμφθῇ Βαλτάσαρ ὁ Ἰουδαῖος, ὃς καὶ τῷ Ναβουχοδονόσορ πολλὰ ἐσήμανεν ἃ ἕτερος ἐκφράσαι οὐδεὶς ἠδύνατο, ἐκεῖνός σοι τὸ ἀπόρρητον τούτων τῶν συλλαβῶν σημανεῖ· ἔστι γὰρ πνεῦμα ἅγιον θεοῦ ἐν αὐτῷ." αὐτίκα τοίνυν καλέσας τὸν Δανιὴλ ὁ κρατῶν ἠξίου δηλοῦν αὐτῷ περὶ τῶν γραμμάτων, C καὶ μὴ ὑποσταλῆναι κἂν εἴη σκυθρωπὸν τὸ ὑπ' αὐτῶν σημαινόμενον· καὶ γέρας δώσειν αὐτῷ ἐπηγγέλλετο πορφύραν ἐνδεδῦσθαι καὶ περιαυχένιον χρύσεον, καὶ τὸ τρίτον τῆς ἀρχῆς μέρος. Δανιὴλ δὲ τὰς μὲν δωρεὰς παρῃτεῖτο, μηνύειν δ' ἔλεγεν αὐτῷ τὰ γεγραμμένα τοῦ βίου καταστροφήν, ὅτι μηδ' οἷς ὁ πατὴρ αὐτοῦ δι' ἀσέβειαν ἐκολάσθη ἐσωφρονίσθη αὐτός, ἀλλὰ τοῖς σκεύεσι τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν παλλακῶν εἰς διακονίαν ἐχρήσατο. τὰ μὲν οὖν γράμματα ἀνεγίνωσκεν οὕτως "μανὴ θεκὲλ φαρές,"

4 ἐκ τοῦ τοίχου om A. 8 σαφηνίσοντι A, σαφηνίζοντι PW.
12 οὐδεὶς ἐκφράσαι A. 14 post καλέσας A add βαλτάσαρ.
16 ὑπ' αὐτὸν A. 19 ἔλεγε τὰ γεγραμμένα αὐτῷ A.

inebriatus, sacra vasa, quae Nabuchodonosor Hierosolymis direpta diis suis consecrarat, afferri iubet, atque iis utitur, quorum usu pater abstinuerat. dumque inter pocula blasphemat deum, videt articulum humanae manus e pariete prodeuntem in tectorio parietis scribere. quo conspecto obstupefactus toto corpore cohorruit, et Chaldaeis ac magis arcessitis, magnis propositis muneribus sententiam litterarum ab eis requirit: sed scriptura illa ignota erat omnibus. quamobrem avia regem tristem conspicata et perturbatum ait "si Baltasar Iudaeus arcessatur, qui et Nabuchodonosori multa significavit quae nemo alius explicare poterat, is arcanum syllabarum illarum declarabit: est enim sanctus dei spiritus in eo." statim igitur rex Danielem arcessi iubet, flagitans scripturae illius declarationem citra dissimulationem omnem, etsi triste aliquid portenderet: daturum pollicitus gestandae purpurae et torquis aurei ius et tertiam regni sui partem. Daniel vero muneribus recusatis dicebat scripturam ei obitum portendere, quod ne paternae quidem impietatis poena factus esset modestior, sed divinis vasis cum concubinis ad ministerium esset usus. litteras vero ita legebat "mane thekel phares:"

τὴν δὲ τούτων σημασίαν ἑρμηνεύων ἔλεγεν "ἠρίθμησεν ὁ θεὸς τὸν χρόνον τῆς ζωῆς σου καὶ τῆς ἀρχῆς σου, καὶ εἰς ἄγαν βραχὺ D περιέστη." ἐξελληνιζομένη γὰρ ἡ λέξις λέγοιτ' ἂν ἀριθμός. οὕτω μὲν οὖν ἡρμήνευσε τὸ μανή, τὸ δέ γε θεκὲλ σημαίνειν ἔφη σταθμόν. "στήσας οὖν τὸν ὅρον τῆς βασιλείας σου ὁ θεός, καταφέρεσθαι ταύτην δηλοῖ καὶ κεκλάσθαι·" καὶ κλάσμα γὰρ τὸ W I 88 θεκὲλ σημαίνει καθ' Ἑλλάδα διάλεκτον. τὸ δὲ φαρὲς διαίρεσιν ἑρμηνεύων ὁ προφήτης (τοῦτο γὰρ εἰς Ἕλληνα φωνὴν ἡ λέξις μεταγομένη δηλοῖ) διαιρεθῆναι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἔλεγεν εἰς Πέρσας καὶ Μήδους παρὰ θεοῦ. τὰ μὲν οὖν ἐν τῷ τοίχῳ γεγραμμένα οὕτως ἀνέγνω ὁ Δανιήλ, καὶ τοιαύτην τὴν τῶν συλλαβῶν ἐκείνων ἐποιήσατο σύγκρισιν, τὴν ἑρμηνείαν δηλαδή· τὸν δὲ βασιλέα λύπη κατέσχε. καὶ μετ' ὀλίγον ἡ τοῦ προφήτου P I 124 ἐκβέβηκε πρόρρησις, Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἐπ' αὐτὸν ἐλάσαντος, ὑφ' οὗ ἥ τε Βαβυλὼν ἐλήφθη καὶ ὁ Βαλτάσαρ ἐν τῇ ἁλώσει ἀνῄρητο. εἰσὶ δ' οἳ κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην, καθ' ἣν τὸν ἀστράγαλον τὸν γράφοντα ἐθεάσατο, φασὶ καὶ τὴν πόλιν αἱρεθῆναι κἀκεῖνον ἀναιρεθῆναι.

Μετὰ δὲ τὴν τῆς Βαβυλῶνος ἅλωσιν ὁ προφήτης Δανιὴλ παρὰ Δαρείου τοῦ Μήδου, ὃς καὶ Κυαξάρης ὠνόμαστο καὶ μητράδελφος ἦν τοῦ Κύρου, υἱὸς ὢν Ἀστυάγους τοῦ βασιλεύσαντος Μήδων, εἰς Μηδίαν μετήνεκτο καὶ πάσης ἠξιοῦτο τιμῆς. οὕτω δ' ἔχων ἐφθονήθη παρὰ τῶν ἐν Μήδοις ὑπερεχόντων, καὶ

3 περιέστη A, περιέστησεν PW. γὰρ A, καὶ PW. 6 καὶ κλάσμα γὰρ] haec de vocabulo φαρές Iosephus. 7 δὲ add A. 16 εἰσὶ δ' οἳ] scilicet Daniel 5 30 et Theodoretus p. 1173. 21 υἱὸς — Μήδων om codex Colberteus.

quarum significationem sic interpretabatur "numeravit deus tempus vitae tuae atque imperii tui, cuius perparum superest." nam vocabulum *mane* est numerus. sic igitur illud interpretabatur, *thekel* autem stateram. "itaque ponderato regni tui tempore deus deorsum illud vergere innuit et fractum esse:" nam *thekel* etiam fragmen significat. *phares* divisionem interpretabatur, quod regnum eius inter Medos et Persas a deo distribuendum esset. scripturam igitur parietis cum ita legeret itaque syllabas istas componeret sive interpretaretur, rex maerore affectus est. nec diu post prophetae praedictio eventu est comprobata, cum illi Cyrus Persarum rex bellum inferret, a quo et Babylon capta est et Baltasar in captivitate urbis interfectus. sunt qui asserant eadem nocte, qua visus esset articulus scribens, et Babylonem captam et regem caesum esse.

Post urbis captivitatem Daniel a Dario Medo, qui et Cyaxares nominabatur, Cyri avunculo et Astyagis Medorum regis filio, in Mediam translatus omni honore afficiebatur. qua de causa Medorum principes

D τῆς βασιλείας Περσῶν. ἐξ οὐδενὸς δὲ τούτων ἀριθμούμενος ὁ καιρὸς εὑρίσκεται σώζων κατὰ τὴν τοῦ ἀρχαγγέλου φωνήν, ἀλλ' ὑπερβάλλων· εἰ δ' ἐκ τῶν χρόνων τῆς Ἀρταξέρξου βασιλείας τοῦ μακρόχειρος ὁ καιρὸς ἀριθμοῖτο, εὑρεθείη ἂν οὔτε περιττεύων οὔτ' ἐλαττούμενος. κἀκ τούτου δέον ἀριθμεῖσθαι αὐτόν, ὅτι τότε καὶ τῇ πόλει περιεβλήθη περίβολος καὶ τῷ ναῷ προσετέθη τὰ λείποντα καὶ οἰκητόρων ἡ πόλις πεπλήρωτο, ὅτε Νεεμίας οἰνοχοεύων τῷ Ἀρταξέρξῃ ἐδεήθη αὐτοῦ ἐπιτραπῆναι αὐτῷ τὴν
P I 135 εἰς τὴν πατρίδα ἐπάνοδον, καὶ ἀπελθὼν τήν τε πόλιν περιετείχισε καὶ συνῴκισε καὶ τὸν ναὸν ἀτελῆ ὄντα ἀπήρτισεν. εἰ γοῦν ἀπὸ

15 pro σώζων Wolfius malit σωζόμενος: exspectaveris συνᾴδων.
16 τοῦ μακρόχειρος om A.

sic de Christo scribit "nam unxit eum deus spiritu sancto et potentia"), obsignat autem et confirmat veteres scripturas, dum facit omnia et patitur quae in illis praedicta fuerunt, et expiat iniustitiam, dum eos qui deliquerunt deo patri reconciliat eumque placat peccatoribus.

Deinde subiicit divinus archangelus "et cognosces et intelliges, ab exitu sermonum, ut separatio fiat (respondeatur) et aedificentur Hierosolyma, usque ad Christum ducem hebdomades septem et hebdomades sexaginta duae." coepit igitur aedificari templum sub Cyro, qui populo Iudaico primus reditum concessit; inhibitum tamen sub Cambyse, invidia finitimorum populorum. templi porro instauratio denuo Iudaeis concessa est cum Darius Hystaspis filius Persis imperaret. a quocunque autem horum numerus inchoetur, non erit integer secundum archangeli vocem, sed redundans. sin a temporibus regni Artaxerxis Longimani supputetur, neque plus neque minus invenietur. ab eoque repetendus est, quia tum et urbs cincta est moenibus, et adiecta templo quae deerant, et urbs habitatoribus referta; cum Neemias Artaxerxis pincerna, impetrato a rege in patriam reditu, urbem muniit et civibus frequentem reddidit et templum imperfectum adhuc absolvit. si quis

τῆς τοῦ σωτῆρος ἐπιφανείας, δι᾽ οὗ μόνου ἄφεσις ἁμαρτημάτων ἐδόθη καὶ δικαιοσύνη εἰσήνεκται καὶ τῶν προφητῶν αἱ προρρήσεις πεπλήρωνται, ἀναποδίζων τις ἀριθμήσει τὸν χρόνον, εὑρήσει τοῦτον συμπληρούμενον ἕως τοῦ εἰκοστοῦ ἔτους τῆς βασιλείας Ἀρταξέρξου, ὅτε δηλαδὴ ὁ Νεεμίας παραχωρηθεὶς εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπανῆλθεν· ἃ προϊοῦσα καθ᾽ εἱρμὸν ἡ ἱστορία πλατύτερον διηγήσεται. ὃν δὲ ἅγιον εἶπεν ἀνωτέρω ἁγίων, τοῦτον αὖθις Χριστὸν ἡγούμενον εἴρηκεν, ὀνομάζων αὐτὸν κατὰ τὸ ἀνθρώ- B πινον. ὡς γὰρ πρωτότοκος τῆς κτίσεως τῆς καινῆς καὶ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν λέγεται, οὕτω καὶ ἡγούμενος προσηγόρευται. καὶ ὁ θεῖος δὲ ἀπόστολος Πέτρος ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ὠνόμασε τὸν σωτῆρα, τοῖς Ἰουδαίοις διαλεγόμενος, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσιν ὁ θεῖος Λουκᾶς συνεγράψατο. ὥσπερ δὲ πρωτότοκος ἡμῶν καὶ πρωτεύων κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον εἴρηται κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, οὕτω δὴ καὶ ἡγούμενος τῷ ἀρχαγγέλῳ Γαβριὴλ προσηγόρευται.

10. Ἀπορήσειε δ᾽ ἄν τις ὅτου χάριν διῃρημένως ἀλλ᾽ οὐχ ὁμοῦ αἱ ἑβδομάδες ἠρίθμηνται, εἰς ἑπτὰ δὲ καὶ ἑξηκονταδύο διῄρηνται καὶ εἰς μίαν ἑτέραν. οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ τοῦτο πεποίηκεν C ὁ ἀρχάγγελος, ἀλλά τινα καινὰ διὰ τούτων διδάσκων ἐν ταῖς τῶν χρόνων διαιρέσεσι συμβησόμενα. εἰ γὰρ ἀπὸ τῆς τῶν Ἱεροσολύ-

5 ante Ἀρταξ. PW add τοῦ, om A. 7 διηγήσεται] lib. 4 cap. 5. ἀνωτέρω A, ἀνώτερον PW. 12 Πράξεσιν] 3 15. 14 Παῦλον] Col. 1 15.

Fontes. *Cap.* 10. *Theodoreti Commentarius in Daniel* 9 p. 1245—1253.

igitur a servatoris adventu, per quem solum remissio peccatorum data est et iustitia introducta et prophetarum oracula completa sunt, retro tempus numeret, id expleri deprehendet anno Artaxerxis vigesimo, quo Neemiae concessum fuit redire Hierosolyma: quae in historiae progressu ac serie fusius declarabuntur. quem autem supra sanctum appellavit sanctorum, eum rursus Christum ducem appellat, nomine humano usurpato. ut enim primogenitus novae creaturae et primogenitus ex mortuis dicitur, sic etiam dux appellatur. divus etiam Petrus apostolus apud Iudaeos disserens servatorem vitae principem vocat, quemadmodum in Actis a divo Luca scribitur. ut igitur primogenitus nostrum et princeps a divo Paulo dicitur secundum humanitatem, ita etiam dux a Gabriele archangelo nominatur.

10. Sed dubitari queat, qua gratia separatim et non coniunctim numerentur hebdomades, in septem, sexaginta duas, et unam distinctae. non hoc temere fit ab archangelo, sed per haec nova quaedam docet in temporum divisionibus eventura. nam si ab instauratione Hierosoly-

μων οἰκοδομῆς τῆς ἐπὶ Νεεμίου ὡς εἴρηται γενομένης ἀριθμοῖντο
οἱ χρόνοι μέχρις Ὑρκανοῦ ἀρχιερέως, ἐφ' οὗ τὸ τῶν Ἀσαμω-
ναίων γένος ἐπαύθη τοῦ ἱερᾶσθαι, ὁ τῶν ἑξηκονταδύο ἑβδομάδων
ἀριθμὸς συμπεραίνεται. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ εἰκοστοῦ ἔτους τῆς
βασιλείας Ἀρταξέρξου, ὃς τῷ Νεεμίᾳ τὴν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπάνο-
δον ἔδωκε τῷ ταύτην τειχίσαντι, ἕως Δαρείου τοῦ Ἀρσάμου ὃν
D καθεῖλεν Ἀλέξανδρος, ἑκατὸν ἔτη εἰσὶ καὶ τεσσαρεσκαίδεκα· ἐκ
δὲ τῆς καθαιρέσεως τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας, ἐν ἕκτῳ γενο-
μένης ἔτει τῆς Ἀλεξάνδρου πρὸς τὴν Ἀσίαν στρατείας, μέχρις
Ἰουλίου Καίσαρος Γαΐου ὃς πρῶτος τῇ μοναρχίᾳ τῶν Ῥωμαίων
ἐπικεχείρηκεν, ἔτη παρῆλθοσαν διακόσια ὀγδοήκοντα καὶ δύο·
ἐκ δὲ τῆς αὐταρχίας τοῦ Καίσαρος ἕως ἔτους πεντεκαιδεκάτου
Τιβερίου Καίσαρος, ἡνίκα ὁ Χριστὸς ὑπὸ Ἰωάννου ἐβαπτίσθη
καὶ τῶν σημείων ἀπήρξατο, ἔτη ἑβδομήκοντα καὶ τρία· ὡς
συμποσοῦσθαι ταῦτα εἰς ἐνιαυτοὺς ἐπὶ τετρακοσίοις ἑξήκοντα
καὶ ἐννέα. οἱ δὲ τοσοῦτοι ἐνιαυτοὶ ἀποτελοῦσιν ἔτη τετρακόσια
P I 136 ὀγδοήκοντα τρία κατὰ τὴν Ἑβραϊκὴν ἀρίθμησιν τῶν ἐτῶν. οὐ
γὰρ ὡς ἡμεῖς οἱ Ἑβραῖοι ψηφίζουσι τὸν ἐνιαυτὸν ἀλλὰ κατὰ
W I 97 σεληνιακὸν δρόμον ἀριθμοῦντες αὐτὸν τριακοσίων πεντήκοντα καὶ
τεσσάρων ἡμερῶν, ὡς περιττεύειν ἀφ' ἑκάστου ἐνιαυτοῦ ἡμέρας
ἕνδεκα. καὶ τούτων γοῦν τῶν περιττῶν ἡμερῶν εἰς ἔτη συμπο-
σουμένων τὰ τετρακόσια ὀγδοήκοντα καὶ τρία Ἑβραϊκὰ συνίσταν-

2 ἀρχιερέως A, τοῦ Ἀρχιερέως PW. 4 μὲν om A. 10 ἰουλίου γαΐου καίσαρος A, recte Theodoretus. 12 τοῦ αὐγούστου καίσαρος A, male. 20 post ἡμερῶν A add λογίζονται αὐτόν.

morum sub Neemia facta, ut dictum est, tempora usque ad Hyrcanum pontificem numerentur, sub quo Asamonaeorum genus fungi sacris destitit, sexaginta duarum hebdomadum numerus expletur. nam a vigesimo anno regni Artaxerxis, qui Neemiae redeundi Hierosolyma potestatem dedit, a quo urbs moenibus adornata est, usque ad Darium Arsamis filium, quem delevit Alexander, anni sunt centum et quattuordecim. ab eversione porro imperii Persici, quae anno sexto Asiaticae expeditionis Alexandri contigit, usque ad C. Iulium Caesarem, qui primus Romanorum monarchiam occupavit, anni praeterierunt ducenti octoginta duo. ab eiusdem Caesaris principatu usque ad annum decimum quintum Tiberii Caesaris, quo Christus a Ioanne baptissatus miracula coepit edere, anni fuerunt septuaginta tres: ut haec summa conficiat annos quadringentos et sexaginta novem: qui quidem Hebraica supputatione annorum conficiunt annos quadringentos octoginta tres. neque enim quemadmodum nos, ita et Hebraei annos supputant, sed ad cursum lunarem diebus trecentis quinquaginta quattuor absolvunt, ut de quolibet nostro anno dies undecim redundent: qui dies redundantes in annos redacti explent numerum quadringentorum octoginta trium annorum

ται ἔτη. Ἑβραίῳ δὲ τῷ Δανιὴλ ὁ ἄγγελος ὁμιλῶν πάντως τὰ αὐτῷ γνώριμα ἔλεγεν ἔτη. ἄχρι μὲν οὖν τῆς τοῦ ἀρχιερέως Ὑρκανοῦ ἀναιρέσεως, ὃν ὁ βασιλεὺς ἀνεῖλεν Ἡρώδης (εἰρήσεται δὲ τὰ περὶ τούτου πλατύτερον), αἱ ἑξηκονταδύο ἑβδομάδες ἐξε- B μετρήθησαν. ἔκτοτε δὲ τῆς ἀρχιερωσύνης οὐ διὰ βίου προσπεπηγυίας κατὰ τὸν νόμον τοῖς ταύτης ἀξιουμένοις ἀλλ' ἐνιαυσιαίας παρανόμως διδομένης ἢ βραχυτέρῳ χρόνῳ περιοριζομένης, καὶ χρημάτων αὐτὴν ὠνουμένων τῶν βουλομένων, ὃ καὶ ὁ Ἰώσηπος ἱστορεῖ, αἱ ἑπτὰ παρήλθοσαν ἑβδομάδες. τοῦτο δὲ δηλῶν ὁ θεῖος ἀρχάγγελος ἔλεγε "καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξηκονταδύο ἐξολοθρευθήσεται χρῖσμα, καὶ κρίμα οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ," ἀντὶ τοῦ, διαφθαρήσεται τὸ χρῖσμα τῆς ἀρχιερωσύνης. παρανόμως γὰρ χριομένων τῶν εἰς αὐτὴν προβιβαζομένων, οὐδὲ τὸ χρῖσμα τὴν οἰκείαν εἶχεν ἰσχύν, ἀλλὰ παρεφθαρμένον ὂν ἠμοίρει τῆς θείας χάριτος. διὸ καὶ ἐπήγαγε "καὶ κρίμα οὐκ ἔστιν ἐν C αὐτῷ," τουτέστιν, οὐ κατὰ κρίσιν καὶ δοκιμασίαν γινόμενοι ἔσονται, ἀλλ' ἀκρίτως ἢ διὰ χάριν ἢ διὰ χρήματα. τούτων δ' οὕτω γινομένων καὶ αἱ ἑπτὰ παρερρύησαν ἑβδομάδες, μέχρι τῆς τοῦ κυρίου ἐπιφανείας δηλαδὴ διαρκέσασαι.

Ἡ μὲν οὖν διαίρεσις τῶν ἑξηκονταδύο ἑβδομάδων καὶ τῶν ἑπτὰ διὰ ταῦτα γέγονεν· ἐπεὶ δὲ πρὸς τὰς ἐξ ἀρχῆς εἰρημένας ἑβδομήκοντα ἑβδομάδας ἔτι μία περιλέλειπται, καὶ περὶ ἐκείνης εἴρηκεν ὁ ἀρχάγγελος ταῦτα "καὶ δυναμώσει τὴν διαθήκην πολ-

4 τούτων A. 22 μία A, μία λοιπὴ PW.

Hebraicorum. quia vero cum Daniele Hebraeo colloquebatur angelus, annos utique illi notos nominavit. proinde usque ad interitum Hyrcani pontificis, quem rex Herodes sustulit (qua de re copiosius agendum erit), sexaginta duae hebdomades sunt expletae. ab eo tempore cum pontificatus non per omnem aetatem ei maneret cui contigerat, sed annuo aut etiam breviore spatio contra instituta maiorum circumscriberetur, et pecunia cuilibet venalis esset, id quod a Iosepho refertur, septem praeterierant hebdomades. quod divinus archangelus his verbis innuit "et post hebdomades sexaginta duas exstirpabitur unctio, nec futurum est in ea iudicium," hoc est, unctio pontificatus peribit, cum ii contra legem ungentur qui potiti illo fuerint. neque enim unctio vim suam retinebat, sed ut corrupta gratiae divinae erat expers. quare adiicit iudicium non esse in ea, hoc est, nullo iudicio nullaque exploratione adhibita pontifices creatum iri, sed citra delectum vel ambitu vel gratia. dum haec fiunt, etiam septem hebdomades sunt elapsae, cum usque ad Christi adventum durassent.

Ac divisio quidem sexaginta duarum et septem hebdomadum hac de causa instituta est: cum autem ad explendum earum quae initio expositae sunt septuaginta hebdomadum numerum adhuc una restat hebdomas, de ea quoque archangelus sic ait "et confirmabit testamentum multis hebdomas

λοῖς ἑβδομὰς μία, καὶ ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδή, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν." ἡ λοιπή, φησίν, ἑβδομὰς ἡ μετὰ τὰς ἑξήκοντα καὶ ἐννέα τὴν καινὴν διαθήκην εἰσάξει ἰσχυρὰν οὕτως ὡς δι' αὐτῆς ἀρθῆναι, τουτέστιν ἐκ μέσου γενέσθαι, τὰς θυσίας καὶ τὰς σπονδὰς ἐν τῷ ἡμίσει τῆς ἑβδομάδος. μετὰ γὰρ τὸ βάπτισμα ὁ P I 137 Χριστὸς ἐπὶ τριετίαν καὶ ἐπέκεινα διδάξας καὶ σημεῖα ἐπιδειξάμενος οὕτως ἐπὶ τὸ πάθος ἦλθε, καὶ αὐτοῦ τυθέντος ὑπὲρ τοῦ κόσμου παντός, τοῦ ἀμνοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἡ κατὰ νόμον θυσία ἐπαύθη καὶ ἡ σπονδή. καὶ ἔθυον ἔκτοτε οἱ Ἰουδαῖοι, ἐπεὶ καὶ ἔτι θύουσι, παρανόμως, ἀλλ' ἀπρόσδεκτος ἦν τῷ θεῷ ἡ ἐκείνων θυσία καὶ ἡ σπονδή. καὶ ἄλλως δὲ τό "δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς" ἐκληφθήσεται ἀντὶ τοῦ, δυνατοὺς τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους εἰς τὸ κήρυγμα ἡ ἑβδομὰς ἐκείνη ἐργάσεται. εἰς δύο γὰρ τὴν ἑβδομάδα φαίνεται διαιρῶν ὁ ἀρχάγγελος, εἰς τὸν πρὸ τοῦ πάθους καὶ τὸν μετὰ τὸ πάθος καιB ρόν. περὶ γὰρ τὰ τρία ἔτη πρὸς τῷ ἡμίσει κηρύξας ὁ κύριος, κατὰ τὸ τοῦ υἱοῦ τῆς βροντῆς εὐαγγέλιον, καὶ στηρίξας εἰς τὴν αὐτοῦ πίστιν τοὺς θείους αὐτοῦ ἀποστόλους τῇ τῶν λόγων ἀληθείᾳ καὶ τῇ τῶν θαυμασίων ἔργων ἐπιδείξει, οὕτω πρὸς τὸ πάθος ἐχώρησε καὶ τὸν σταυρὸν κατεδέξατο καὶ ὑπέμεινε θάνατον. εἶτα τὸν λοιπὸν τῆς ἑβδομάδος χρόνον μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνά-

8 ἐνδειξάμενος A. 13 τῷ θεῷ add A. 14 δ. ἐν πολλοῖς A. 15 δυνατοὺς τοὺς ἱεροὺς om A.

una, et in semisse hebdomadis tolletur sacrificium et libatio, et praeter haec abominatio vastitatis super templum, et usque ad complementum temporis complementum dabitur super vastationem." reliqua, inquit, hebdomas, sexaginta novem secutura, novum testamentum introducet adeo validum, ut per id tollatur e medio sacrificium et libatio in semisse hebdomadis. nam cum post baptismum Christus triennium et ultra docuisset et miracula edidisset, ad supplicium venit, eoque pro toto mundo immolato qui est agnus dei tollens peccata mundi, sacrificium lege constitutum et libatio desiit. ac sacrificarunt tum Iudaei ut et nunc contra legem, at eorum sacrificia et libationes non acceptae fuerunt deo. illud porro "confirmabit testamentum multis" etiam aliter exponi potest, quod sanctos apostolos illa hebdomas potentes effectura sit ad praedicationem evangelii. nam eam hebdomadem bipertiri videtur archangelus in id tempus quod passionem et antecedit et sequitur. nam cum dominus circiter tres annos et dimidium, secundum evangelium filii tonitrui, praedicasset, atque apud sanctos suos apostolos et sermonum veritate et mirabilium operum effectione sibi fidem conciliasset, sic ad passionem profectus est et crucem suscepit mortemque perpessus est. reliquo hebdomadis tempore post resurrectionem a mortuis

στασιν καὶ τὴν πρὸς τοὺς κόλπους τοὺς πατρικοὺς ἄνοδον, ὧν οὐ κεχώριστο πώποτε, καὶ τὴν τοῦ παρακλήτου ἐπιφοίτησιν καὶ θείαν ἐπίπνοιαν οἱ ἱεροὶ αὐτοῦ μαθηταὶ ἐν Ἱερουσαλὴμ τὸ θεῖον διαγγέλλοντες εὐαγγέλιον καὶ τὸ κήρυγμα πιστούμενοι θαύμασι W I 98 C καὶ πλήθη ἀνθρώπων ἐπισπώμενοι πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τοῦ ὄντως θεοῦ, διεσπάρησαν εἰς τὰ ἔθνη καὶ ταῦτα ἐφώτισαν. τοῦτο τοίνυν ὁ ἀρχάγγελος προδηλῶν τῷ προφήτῃ Δανιὴλ ἔλεγε "δυναμώσει διαθήκην πολλοῖς ἑβδομὰς μία," ἀντὶ τοῦ, δύναμιν περιζώσει πολλούς, τοὺς μαθητὰς δηλαδή. τόν τε πρὸ τοῦ πάθους τοῦ κυρίου χρόνον καὶ τὸν μετὰ τὸ πάθος, καθ' ὃν πρότερον μὲν ἐν Ἱερουσαλὴμ προσέμενον καὶ ἐκήρυσσον οἱ ἀπόστολοι, εἶτα καὶ εἰς τὰ τῆς οἰκουμένης περιῄεσαν τέρματα καὶ ἐδίδασκον, συνάψας, αὖθις διαιρεῖ τὴν ἑβδομάδα ταύτην λέγων "καὶ ἐν τῷ ἡμίσει D τῆς ἑβδομάδος ἀρθήσεται θυσία καὶ σπονδή," διὰ τούτου προσημαίνων τὴν παῦλαν τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς. εἶτα ἐπάγει "καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως." τούτων γάρ φησι γινομένων τὸ πρὶν ἅγιον καὶ σεβάσμιον ἱερὸν βδέλυγμα λογισθήσεται· ἢ ὅτι μετὰ τὴν τελευταίαν ἑβδομάδα ταύτην βδέλυγμά τι ἐπὶ τὸ ἱερὸν εἰσαχθήσεται, σημεῖον τῆς αὐτοῦ τε καὶ τῆς πόλεως ἐρημώσεως. ὃ ἐπὶ Πιλάτου γέγονε, σημαίας νύκτωρ εἰσαγαγόντος εἰκόνας ἐχούσας βασιλικάς, αἳ τοῖς Ἰουδαίοις βδέλυγμα ἐλογίζοντο· ἀπείρητο γὰρ αὐτοῖς ἀνθρωπίνην εἰκόνα ἢ ζῴου τινὸς κεκτῆσθαι P I 138 ἢ καὶ σεβάζεσθαι. καὶ ὁ κύριος δέ "ὅταν ἴδητε" εἶπε

5 ὄντος A. 17 ἅγιον ἱερὸν καὶ σεβάσμιον A. 20 ἐπὶ τοῦ πιλάτου A. 23 ὅταν ἴδητε] Matth. 24 15.

et adscensum in sinum paternum, a quo nunquam separatus fuit, et paracleti visitationem divinumque afflatum, sancti eius discipuli, cum divinum evangelium Hierosolymis annuntiassent et praedicationem miraculis confirmassent et turbas hominum ad veri dei agnitionem attraxissent, in gentes dispersi sunt easque illuminarunt. hoc igitur archangelus praesignificans Danieli prophetae ait "confirmabit testamentum multis hebdomas una," hoc est, vires suggeret multis, discipulis nimirum. ac tempus antegressum et consecutum passionem domini complexus, quo prius Hierosolymis praedicabant apostoli, post etiam orbis terrarum extremitates obeuntes docebant, mox eandem hebdomadem dividit his verbis "in semisse hebdomadis tolletur sacrificium et libatio:" quo declarat finem umbrae legis. deinde subiicit "et super templum abominatio vastitatis." nam cum haec, inquit, fient, templum pridem sanctum et venerabile abominatio iudicabitur: vel quod post hebdomadem hanc extremam aliquid abominabile in templum inducetur in signum vastationis eius et urbis. quod sub Pilato accidit, qui noctu vexilla in eo collocavit cum imagine imperatoris, quae Iudaeis abominanda erant, cum interdictum esset ne quam imaginem sive humanam sive animalis alicuius haberent aut colerent. dominus item "ubi" inquit

"τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως ἑστὼς ἐν τόπῳ ἁγίῳ, γινώσκετε ὅτι
ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς," τῆς Ἱερουσαλὴμ δηλαδή. καὶ ἀλλα-
χοῦ δ' ἔφη ὁ κύριος "ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος." ταῦτα
προδιδάσκων τὸν Δανιὴλ ὁ ἀρχάγγελος ἐπιφέρει, μετὰ τὸ προθε-
σπίσαι ὡς ἐκ μέσου γενήσεται ἡ νομικὴ λατρεία, τό "καὶ ἐπὶ τὸ
ἱερὸν βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως." ἵνα δὲ μὴ νομίζηται τοῖς Ἰου-
δαίοις πρόσκαιρος ἡ ἐρήμωσις, ὡς αὖθις τῆς πόλεως αὐτοῖς ἀνοι-
κοδομηθησομένης καὶ τοῦ ἱεροῦ ἀνεγερθησομένου, οἷα καὶ ἄλ-
B λοτε πλειστάκις συμβέβηκεν ἐπί τε τῷ ναῷ καὶ τῇ πόλει, ἐπήγαγε
"καὶ ἕως συντελείας καιροῦ συντέλεια δοθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμω-
σιν," τουτέστιν, ἕως συντελεσθῇ ὁ αἰὼν μενεῖ καὶ ἡ ἐρήμωσις,
καὶ τότε καὶ ταύτῃ τέλος ἔσται ὅτε οὐκέτι καιρὸς ἢ τὴν πόλιν
ἀναστῆναι ἢ τὸν ναόν.

Ταῦθ' ὁ Δανιὴλ περὶ τῶν ὁμοφύλων αὐτοῦ τεθέαται καὶ
μεμύηται. ἀλλὰ καὶ ἑτέρας ὀπτασίας ἑώρακε καὶ ἐνύπνια, θεό-
θεν αὐτῷ προδηλουμένης δι' αὐτῶν τῆς μελλούσης ἔσεσθαι τῶν
κοσμικῶν πραγμάτων μεταβολῆς. καὶ οὐ τῆς ἀλλοιώσεως μόνης
ἐμυεῖτο τὴν πρόγνωσιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς καιροὺς καθ' οὓς ἀποτε-
λεσθήσεται ἕκαστον αὐτῶν ἐδιδάσκετο· ἃ γνώσεται πάντως ὁ βου-
λόμενος τελεώτερον ἐπιὼν τὴν βίβλον τῶν τοῦ προφήτου ὁράσεων,
C καὶ βεβαίαν σχοίη κατάληψιν ἐντεῦθεν ὡς οὐδὲν ἀπρονόητον οὐδ'
εἰκῇ φερόμενον καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ πάντα τῇ θείᾳ προνοίᾳ καὶ
κυβερνῶνται καὶ διεξάγονται.

1 ὅτι ἤγγικεν] Luc. 21 20. 3 ὑμῶν A Matth. 23 38, ἡμῶν PW. 7 αὐτοῖς, corr. ex αὐτῆς, A: PW αὐτῆς. 11 καὶ om A.

"abominationem vastitatis in loco sancto stantem videritis, scitote instare vastitatem eius," urbis Hierosolymorum scilicet. alibi quoque ait dominus "ecce domus vestra relinquetur deserta." haec Danielem praemonens archangelus, cum praedixisset legalem cultum e medio sublatum iri, subiicit "et super templum abominatio vastitatis." ne vero Iudaei putarent vastitatem ad tempus duraturam et urbem instaurandam ac templum reaedificandum esse, cuiusmodi et alia creberrime urbi et templo acciderant, subiicit "et usque ad complementum temporis complementum dabitur super vastitatem," hoc est, donec aevum expletum fuerit, mansura est etiam vastitas; tum vero et huius finis erit, cum non erit tempus vel urbis vel templi instaurandi.

Haec Danieli de popularibus suis per visionem oblata et revelata sunt. idem aliis quoque visionibus et somniis divinitus eruditus est de futuris rerum humanarum mutationibus, nec de mutationibus rerum duntaxat sed et de temporibus quibus quaeque eventurae essent: quae quivis absolutius cognoscere poterit lecto visionum prophetae libro, certoque statuere, nihil accidere casu, neque fortuito et temere quidquam geri, sed providentia divina gubernari omnia et produci ad exitum.

Ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἔχουσι καὶ τοῖς εὐσεβέσι δοξάζονται· (11) ἡμῖν δὲ μηδὲ τὰ κατὰ τὴν ἀρρενόφρονα παραλειπτέον γυναῖκα Ἰουδήθ, ἣ τὸν Ὀλοφέρνην ὠλόθρευσε καὶ τὴν πόλιν αὐτῆς καὶ τὸ ἔθνος ἅπαν διέσωσεν. ἔχει δ' οὕτω τὰ κατ' αὐτήν. ἐν ἔτει δωδεκάτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ ὁ τῶν Ἀσσυρίων ἀρχηγὸς Ναβουχοδονόσορ πρὸς Ἀρφαξὰδ τὸν βασιλέα Μήδων ἤρατο πόλεμον, καὶ τὰ πέριξ ἔθνη πρὸς συμμαχίαν αὐτοῦ μετεκέκλητο. D πολλῶν δ' ἑτέρων καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν πρόσκλησιν μὴ καταδεξαμένων καὶ τὸ συμμαχῆσαί οἱ ἀπειπαμένων, ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐξώργιστο, καὶ ὤμοσεν ἦ μὴν τὸν πρὸς τοὺς Μήδους ἀνύσας πόλεμον ἐπελθεῖν κατά τε Κιλικίας καὶ Δαμασκοῦ καὶ Συρίας καὶ Ἰουδαίας καὶ τῆς Αἰγύπτου, καὶ δῃῶσαι αὐτὰς καὶ ἐκπορθῆσαι W I 99 καὶ εἰς ἐρήμωσιν ἀγαγεῖν. ἀντιταξάμενος οὖν πρὸς Ἀρφαξὰδ τὸν Μῆδον καὶ κατὰ κράτος τούτου περιγενόμενος, τῶν ἄλλων τε πόλεων αὐτοῦ κρατήσας καὶ τῶν Ἐκβατάνων αὐτῶν, ἔνθα ἦσαν τῷ Ἀρφαξὰδ τὰ βασίλεια, κἀκεῖνον ἑλών τε καὶ ἀνελών, τὸν ἀρχιστράτηγον τῆς οἰκείας δυνάμεως καλέσας Ὀλοφέρνην ἐνετείλατό P I 139 οἱ τὸν ὅρκον ὃν ὤμοσεν ἐκπληρῶσαι, καὶ κατὰ τῶν μὴ θελησάντων συμμαχῆσαι αὐτῷ ἐπιόντι κατὰ τῶν Μήδων ἐκστρατεῦσαι D μετὰ βαρείας δυνάμεως, καὶ τοὺς μὲν ὅσοι ἑαυτοὺς αὐτῷ ὑποτάσσουσι διατηρῆσαι καὶ τὰς πόλεις αὐτῶν ἀπορθήτους ἐᾶσαι, τῶν δ' ἀπειθούντων μὴ φείσασθαι, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀνθρώπους τῷ ξίφει ὑπαγαγεῖν, τὰς δὲ πόλεις αὐτῶν ἐκδοῦναι εἰς διαρπαγὴν καὶ εἰς ὄλεθρον.

2 γυν. τὴν ἰουδήθ A. 8 τῶν A, αὐτῶν PW. δεξαμένων A. 11 ἀπελθεῖν A.

Fontes. *Cap.* 11. *Iudith* 1 — 7.

Atque haec ita se habent et piis hominibus persuasa sunt: (11) nobis autem nec viraginis Iudithae res gestae sunt praetereundae silentio, quae Holoferne sublato et urbem et gentem suam conservavit. res vero ita se habet. Nabuchodonosor Assyriorum rex duodecimo regni sui anno bellum suscepit adversus Arphaxadum regem Medorum, finitimis gentibus in auxilium evocatis: quod cum et aliae plures et Iudaei negassent, recusata belli societate, Nabuchodonosor iratus iuravit se confecto bello Medico invasurum Ciliciam Damascum Syriam Iudaeam et Aegyptum, ferroque et igni vastaturum et eversurum. igitur Arphaxado Medo acie superato et capto atque interfecto, cum caeteris urbibus tum ipsis Ecbatanis regia illius potitus, copiarum suarum imperatorem Holofernem iubet se iureiurando quo ipse sese obstrinxerat solvere, et cum magnis copiis iis inferre bellum qui Medici belli societatem detrectassent, conservatis iis qui se dederent eorumque urbibus illaesis: contumacibus vero non parcendum, sed et ipsos caedendos et urbes eorum diripiendas ac vastandas esse.

Ὁ μὲν οὖν Ναβουχοδονόσορ τοιαῦτα τῷ ἀρχισατράπῃ αὐτοῦ ἐνετείλατο, Ὀλοφέρνης δὲ ἐκστρατεύσας καὶ τοῖς ἔθνεσι καθ' ὧν ἀπέσταλτο ἐπελθὼν τοὺς μὲν ἄλλους κατὰ τὰ ἐντεταλμένα B διέθετο, ἐπὶ δὲ τοὺς Ἰσραηλίτας μέλλων στρατεύειν καὶ ὅπλα κατ' αὐτῶν αἴρειν (οὐ γὰρ προσήεσαν αὐτῷ οὐδ' ὑπέκυπτον) ἤρετο τίνες οὗτοι καὶ ὅτῳ θαρροῦντες ἀνθίστανται. καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἀχιὼρ ὁ τῶν υἱῶν Ἀμμὼν ἀρχηγὸς τήν τε γενεαλογίαν αὐτῶν, καὶ ὅπως εἰς τὰς πόλεις ἐκείνας ἐξ ἀρχῆς κατῳκίσθησαν, καὶ τοῦ σφῶν θεοῦ τὴν ἰσχύν. εἶτα ἐπήγαγε "νῦν οὖν σκεπτέον· καὶ εἰ μὲν εἰς τὸν θεὸν αὐτῶν ἁμαρτάνουσιν, ἀναβησόμεθα καὶ ἐκπολεμήσομεν αὐτούς, εἰ δ' οὐ τοῦτο, παρελθέτω ὁ κύριός μου μήποτε ὑπερασπίσῃ αὐτῶν ὁ θεὸς αὐτῶν καὶ ἡττηθῶμεν." ταῦτα τοῦ Ἀχιὼρ εἰπόντος ὁ Ὀλοφέρνης θυμῷ ληφθεὶς ἐκέλευσε τοῖς παρεστῶσιν αὐτῷ δῆσαι τὸν Ἀχιὼρ καὶ ἀπαγαγεῖν καὶ παραδοῦ- C ναι τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, ἵνα σὺν ἐκείνοις ληφθεὶς κολασθῇ. οἱ δὲ συλλαβόντες τὸν ἄνδρα ἀπήγαγον εἰς Βαιτουλουά, καὶ οἱ τῆς πόλεως σφενδόναις τοὺς προσιόντας καὶ βέλεσιν ἔβαλλον. κἀκεῖνοι τὸν Ἀχιὼρ δεδεμένον ἔρριψαν ὑπὸ τὴν ὑπώρειαν, καὶ ὑπέστρεψαν. οἱ δὲ τῆς πόλεως ἄνδρες καταβάντες ἔλυσαν τὸν Ἀχιὼρ καὶ εἰς τὴν σφετέραν πόλιν ἀπήγαγον, καὶ τί τὸ συμβεβηκὸς ἐπυνθάνοντο· καὶ ὃς αὐτοῖς ἅπαντα διηγήσατο. οἱ δὲ τὸν θεὸν ἐκάλουν εἰς ἄμυναν. τῇ δ' ἑξῆς Ὀλοφέρνης ἦγεν ἐπὶ Βαιτουλουὰ τὴν στρατιάν, χιλιάδας οὖσαν πεζῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα καὶ ἱππέων χιλιάδας δώδεκα, χωρὶς τῶν τῆς ἀποσκευῆς· καὶ

6 ὅτῳ] ὅποι A. 10 αὐτὸν A. 14 παρεστηκόσιν A. 16 βαιτουλούα A hic et infra, Βετυλούα LXX.

His mandatis acceptis Holofernes caeteras gentes tractavit ut iussus erat, Israelitas autem armis aggressurus (neque enim illius fidei supplices se committebant) rogabat quinam illi essent et qua re freti resisterent. tum Achior Ammanitarum princeps et originem eorum illi, et qua ratione urbes illas initio occupassent, et vires dei illorum recenset. his subiicit "nunc igitur deliberandum est: nam si deo suo peccaverunt, adscendemus eosque debellabimus; sin minus, praetereat dominus meus, ne forte illis a deo suo defensis nos superemur." quae cum Achior dixisset, Holofernes ira percitus satellites iubet Achiorem vinctum tradere Israelitis, ut cum illis captus supplicio afficeretur. Baetuliam itaque perducunt hominem, et cum ab oppidanis sagittis et fundis peterentur, Achiore vincto in montis radicibus abiecto redierunt. eum oppidani in urbem introduxerunt, et cognita ex eo illius facti causa deum vindicem invocarunt. postridie Holofernes copiis ad Baetuliam adductis, peditum centum et septuaginta et equitum duodecim milibus praeter calones, castra prope urbem locat. deinde sta-

ἐστρατοπεδεύσατο παρ᾽ αὐτῇ. εἶτα ἔγνω μὴ πολεμεῖν, ἀλλὰ τὰ ὕδατα προκαταλαβεῖν ὅθεν ὑδρεύοντο, ἵν᾽ ἐκλιπόντες τῇ δίψῃ διαφθαρῶσιν ἢ τὴν πόλιν αὐτῷ παραδώσουσι. καὶ περιέστησε D *μέρος τῆς στρατιᾶς τοῖς ὕδασι φύλακας. ἐπὶ δὲ τέσσαρσι καὶ τριάκοντα ἡμέραις περικαθημένων τῶν ἐναντίων αὐτούς, ἐξέλιπε σφίσι τὸ ὕδωρ, καὶ ἠθροίσθη πρὸς τοὺς ἄρχοντας ὁ λαός, καὶ ἠξίουν ἐκδοῦναι τὴν πόλιν τοῖς ἐναντίοις καὶ ἑαυτούς, ἵν᾽ ἢ δουλεύσωσιν ἐκείνοις καὶ ζήσωνται ἢ κατασφαγέντες ἀπαλλαγῶσι τῶν ὀδυνῶν. Ὀζίας δὲ ὁ τῶν τῆς πόλεως πρόκριτος "ἔτι" εἶπεν, "ἀδελφοί, μείνωμεν πέντε ἡμέρας, καὶ εἰ μὲν ἥξει βοήθεια ἐκ θεοῦ ἡμῖν· εἰ δ᾽ οὔ, ποιήσω κατὰ τὴν συμβουλίαν ὑμῶν."*

12. *Ἦν δὲ ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ γυνὴ ᾗ ὄνομα Ἰουδήθ, καὶ ἡ γυνὴ χήρα, καὶ αὕτη σώφρων καὶ συνετὴ καὶ ὡραία τῇ ὄψει. ἀκούσασα τοίνυν τὰ δεδογμένα τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἄρχουσι, μετε-* P I 140 *πέμψατο τὸν Ὀζίαν καὶ τοὺς λοιποὺς τῆς πόλεως ἄρχοντας, καὶ ἐμέμψατο αὐτοῖς ὡς πειράζουσι τὸν θεὸν ὅτι εἶπον παραδώσειν τὴν πόλιν τοῖς ἐναντίοις μετὰ πέντε ἡμέρας εἰ μὴ ἐν αὐταῖς ἥξει τις αὐτοῖς βοήθεια ἐκ θεοῦ. οἱ δὲ καλῶς μὲν αὐτὴν συνέθεντο λέγειν, ἀντέθεντο δὲ τὴν δίψαν τὴν τοῦ λαοῦ καὶ τὴν βίαν τὴν ἐξ αὐτοῦ. κἀκείνη στῆναι αὐτοὺς τὴν νύκτα ἐπὶ τὴν πύλην τῆς πόλεως ἐνετέλλετο, αὐτὴ δὲ ἔλεγεν ἐξελεύσεσθαι μετὰ τῆς ἄβρας αὐτῆς, μὴ μέντοι αὐτοῖς ἐρεῖν τὸ παρ᾽ αὐτῆς μελετώμενον, ἕως*

3 *αὐτῷ*] *αὐτῶν* A, *αὐτῶν* LXX. 5 *περικαθημένων* A, *παρακαθημένων* PW. 9 *ὀδυνῶν*] *ἀλγεινῶν* A. 10 *ἡμῖν βοήθεια ἐκ θεοῦ* A. 18 *αὐτὴν*] *αὐτῇ* A. 19 *τὴν* ante *τοῦ* om A. 21 *ἄβραν*] *αὔρας* A.

FONTES. *Cap.* 12. *Iudith* 8—16.

tuit non pugnare sed fontes occupare unde aquarentur, ut aut siti perirent aut urbem traderent; partemque exercitus ad custodiam aquarum mittit. ita cum diebus triginta quattuor ab hostibus circumsiderentur, aqua destituti cives magistratus adeunt, petentes ut urbem et sese dederent, ut aut conservati servirent hostibus, aut occisi malis liberarentur. Ozias autem civitatis princeps "fratres" inquit, "dies adhuc quinque exspectemus: quod si divinitus auxilium nobis oblatum fuerit, bene erit; sin minus, consilium vestrum exsequar."

12. Erat autem in ea urbe vidua nomine Iuditha, mulier modesta, cordata et formosa, quae decreto populi et magistratuum audito Oziam caeterosque magistratus arcessitos obiurgat, ut qui deum tentarent cum dicerent, nisi intra dies quinque auxilium divinitus offerretur, se urbem hostibus tradituros. illi quamvis eam recte dicere concederent, tamen populi sitim et violentiam opponebant. tum illa eos per noctem illam ad portas urbis praestolari iubet: se cum ancilla sua exituram, neque dicturam prius

W I 100 οὐ πρὸς πρᾶξιν κατευθυνθῇ. καὶ εἶπον αὐτῇ "πορεύου." καὶ οἱ μὲν ἀπῆλθον, ἡ δὲ πρὸς παράκλησιν ἐτράπη τὴν πρὸς θεόν.
B εἶτα ἀποθεμένη τὴν πενθήρη στολὴν τῆς χηρεύσεως, καὶ τὸ σῶμα περικλύσασα ὕδατι καὶ μύρῳ χρισαμένη, στολὴν μετενέδυ εὐφρόσυνον καὶ κόσμον ἑαυτῇ περιέθετο. καὶ καλλωπισθεῖσα πρὸς τὸ ἐπαγωγότερον ἔδωκε τῇ θεραπαίνῃ φέρειν ἐν ἀγγείοις οἶνον καὶ ἔλαιον καὶ πήραν ἀλφίτων πλήρη καὶ παλάθης καὶ ἄρτων, καὶ ἐξῆλθε τῆς πόλεως αὐτὴ καὶ ἡ παιδίσκη αὐτῆς ἀπιοῦσα πρὸς τὴν τῶν Ἀσσυρίων παρεμβολήν. καὶ ἐντυχοῦσα τῇ τῶν ἐναντίων προφυλακῇ κατεσχέθη καὶ ἤχθη πρὸς Ὀλοφέρνην. ὁ δὲ αὐτῆς τὸ κάλλος ἐθαύμασε καὶ εἶπεν αὐτῇ "μὴ φοβοῦ· ἥκεις γὰρ εἰς σωτηρίαν." ἔφη δὲ αὐτῷ ἡ γυνή "δέξαι τοὺς λόγους μου, κύριε, καὶ ὁ λόγος ὃν ἐλάλησεν Ἀχιὼρ ἤτω ἐν τῇ καρδίᾳ σου· ἔστι γὰρ
C ἀληθής· ὅτι ἐὰν μὴ ἁμάρτωσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, οὐ κατισχύσει ῥομφαία αὐτῶν, νῦν δὲ ἐπεὶ ἐξέλιπεν αὐτοὺς τὰ βρώματα καὶ τὸ ὕδωρ, ἐβουλεύσαντο καὶ τῶν τῷ νόμῳ ἀπηγορευμένων ἅψασθαι, καὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ σίτου καὶ τὰς δεκάτας τοῦ οἴνου τὰς τοῖς ἱερεῦσι τετηρημένας, ὧν οὐδὲ ψαῦσαι θεμιτὸν ἑτέρῳ, δαπανῆσαι κεκρίκασι. ταῦτα δὲ καὶ τῶν τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκούντων βεβουλευμένων ἐστάλκασι πρὸς τὴν ἐκεῖ γερουσίαν, ἄφεσιν ἐπὶ τούτοις αἰτούμενοι. κἂν οὕτω παρανομήσωσιν, οὐκ ἔσται σφίσιν ἄμυνα ἐκ θεοῦ, καὶ εἰς ὄλεθρον ἐκδοθήσονται. ἅπερ αὐτὴ ἐπιγνοῦσα ἀποδιδράσκω τῆς πόλεως, ἵν' ἐκφύγω τὸν ὄλεθρον. καὶ νῦν μενῶ παρὰ σοί, δέσποτα, καὶ ἐξελεύσομαι κατὰ νύκτα εἰς τὴν

9 τῶν ἐναντίων παρεμβ. A. τῶν ἀσσυρίων προφυλ. A.
24 νύκτα A LXX, τὴν νύκτα PW.

quid cepisset consilii, quam rem ipsam perpetrasset. exitu impetrato, digressis illis ad preces convertitur; et deposito lugubri ex viduitate vestitu, lota et unguentis delibuta amictum hilarem induit, ornamenta sumit, et exornata ad amoris illecebras, ancillae in vasis ferendum dat vinum et oleum et peram farina ficubus et panibus plenam; et ea comite urbem egressa in castra Assyriorum tendit. ab excubitoribus comprehensa ad Holofernem adducitur: qui eius formam admiratus securam esse iussit, nihil enim passuram mali. tum illa "audi" inquit, "domine, verba mea, et quae Achior dixit animo tuo non excidant. verum enim est Israelitas, ni peccaverint, gladio non superatum iri. nunc autem, quia cibis et aqua destituuntur, lege interdictis vesci et primitias frumenti vinique decimas, quae sacerdotibus attributa ne attingi quidem ab aliis fas est, absumere decreverunt. quae cum et Hierosolymitani statuerint, legatos eo misere, veniam eius facti petentes. sic igitur lege violata, non defensi a deo, in exitium ruent. quibus ego cognitis ex urbe profugi ut interitum vitem, et nunc apud te manebo, domine; et egressa noctu in vallem adorabo deum, ut cum

φάραγγα, καὶ προσεύξομαι πρὸς τὸν θεόν, καὶ ἐρεῖ μοι πότε ἡμάρτοσαν, κἀγώ σοι ἀναγγελῶ, καὶ ἄξω σε διὰ τῆς Ἰουδαίας D ἕως Ἱερουσαλήμ, καὶ θήσω τὸν θρόνον σου ἐν μέσῳ αὐτῆς." καὶ ἤρεσαν Ὀλοφέρνῃ οἱ λόγοι αὐτῆς, καὶ ἐκέλευσεν εἰσαχθῆναι αὐτὴν εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ ταμείου αὐτοῦ, καὶ δοθῆναι αὐτῇ φαγεῖν. ἡ δέ "οὐ φάγομαι" ἔφη "ἐκ τῶν ἐδεσμάτων ὑμῶν, μή μοι γένηται σκάνδαλον, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπιφέρομαι τραφήσομαι." καὶ εἶπεν αὐτῇ Ὀλοφέρνης "εἰ δὲ ἐκλίποι ταῦτα, πόθεν σοι τοιαῦτα χορηγηθήσεται;" ἡ δέ "ζῇ ἡ ψυχή σου, κύριέ μου" ἀνταπεκρίνατο, "ὅτι οὐ πρότερον ἐκλείψει μοι τὰ ἐδώδιμα πρὶν ἂν ὁ θεὸς ἐν χειρί μου ποιήσῃ ἃ ἐβουλεύσατο." μεσούσης δὲ νυκτὸς ᾐτήσατο ἐπὶ τὴν φάραγγα πρὸς προσευχὴν ἐξελθεῖν, καὶ Ὀλοφέρνης ἐπέτρεψε· καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας οὕτως ἐποίει. καὶ τῇ τετάρτῃ P I 141 ἡμέρᾳ πότον ἡτοίμασεν Ὀλοφέρνης, καὶ εἶπε τῷ εὐνούχῳ Βαγώᾳ, ὃς ἦν ἐφεστηκὼς ἐπὶ πάντων τῶν αὐτοῦ, "πεῖσον δὴ τὴν γυναῖκα τὴν Ἑβραίαν τοῦ ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς· αἰσχρὸν γὰρ ἡμῖν εἰ γυναῖκα τοιαύτην παρήσομεν μὴ αὐτῇ ὁμιλήσαντες." καὶ ὁ Βαγώας εἶπε πρὸς Ἰουδήθ "ἐλθὲ πρὸς τὸν κύριόν μου, δοξασθῆναι κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ πίεσαι μεθ' ἡμῶν οἶνον, καὶ γενηθήσῃ ὡς μία τῶν παρεστηκυιῶν ἐν τῷ οἴκῳ Ναβουχοδονόσορ." καὶ Ἰουδὴθ κοσμηθεῖσα ἀπῆλθε, καὶ εἰσελθοῦσα πρὸς Ὀλοφέρνην ἀνέπεσε, καὶ ἔφαγε καὶ ἔπιεν ἃ ἡτοίμασεν αὐτῇ ἡ παιδίσκη αὐτῆς. ἡ δὲ καρδία Ὀλοφέρνου ἐξέστη καὶ πρὸς ἔρωτα τῆς γυναικὸς ἐξεκέκαυτο. καὶ τοῦ πότου παρατεθέντος ἔπιεν ἐκεῖνος οἶνον σφόδρα B

11 μου] σου A: illud LXX.

is mihi dixerit quando peccarint, ego tibi renuntiem, et te per Iudaeam Hierosolyma usque perducam, soliumque tuum in urbis medio collocem." Holofernes hac oratione delectatus introduci eam iubet in cellam conclavis sui, et dari quod edat. at illa se negat illorum cibis usuram, ne sibi fraudi essent; sed iis quos secum attulisset victitaturam. cum Holofernes rogaret, ubi ii defecissent, quo victura esset, respondet illa "ita tu vivas, domine, ut non prius cibi hi me deficient, quam deus mea manu id peregerit quod decrevit." media nocte petiit ut sibi in vallem egredi liceret ad precandum: concedit Holofernes. cum autem illa triduum ita fecisset, quarto die convivium apparat Holofernes, et Bagoae eunucho, qui omnibus eius opibus praeerat, mandat ut Hebraeae mulieri persuaderet ut ad se veniret: sibi enim turpe fore, si talem feminam dimisisset, nulla consuetudine cum ea habita. Bagoas Iudithae ait "veni ad dominum meum, ut gloriosa sis in conspectu eius, et nobiscum compotato, eo loco futura quo eae sunt quae degunt in aedibus Nabuchodonosoris." Iuditha igitur exornata ad Holofernem ingreditur, accumbit, ea edit et bibit quae ab ancilla ei parata erant. Holofernes obstupefactus amore illius inflammatur; productoque convivio

πολὺν καὶ ἐμεθύσθη. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τῆς κλίνης αὐτοῦ καρηβαρῶν ἐκ τῆς μέθης κατέκειτο, πάντες δὲ ᾤχοντο, καὶ Βαγώας συνέκλεισε τὴν σκηνήν, μόνην τὴν Ἰουδὴθ ἐντὸς καταλελοιπώς. ἡ δὲ τῇ θεραπαίνῃ αὐτῆς ἐνετείλατο τὴν ἔξοδον αὐτῆς ἐπιτηρεῖν· ἐξελεύσεσθαι γὰρ ἐπὶ τὴν προσευχήν. ὁ μὲν οὖν Ὀλοφέρνης τῇ
W I 101 μέθῃ καταβεβαπτισμένος κατέκειτο καὶ ὕπνον θανάτου ὕπνωττεν ἀδελφόν, ἡ δὲ τὸν θεὸν ἐπικαλεσαμένη καὶ τὸν ἀκινάκην αὐτοῦ σπασαμένη τὴν αὐτοῦ ἀπέτεμε κεφαλήν, καὶ ἐξελθοῦσα τῇ θεραπαίνῃ παρέσχεν αὐτήν, καὶ ἀπῄει ὡς δὴ προσευξομένη κατὰ τὸ σύνηθες. ἐγγίσασα δὲ τῇ πόλει αὐτῆς ἐβόησε τοῖς ἐπὶ τῶν πυ-
C λῶν ἀνοῖξαι αὐτῇ. καὶ εἰσελθοῦσα διηγήσατο ὅσα δι' αὐτῆς ἐθαυμάστωσεν ὁ θεός, καὶ τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου προήγαγε, καὶ συνεβούλευσεν ἀπαιωρῆσαι ταύτην ἐκ τῶν ἐπάλξεων, αὐτοὺς δὲ τὰς πανοπλίας ἐνδυσαμένους ἅμα πρωῒ ἐξελθεῖν· "ἰδόντες γάρ" φησίν "ὑμᾶς οἱ Ἀσσύριοι δραμοῦνται ἐπὶ τὴν τοῦ σφῶν ἀρχιστρατήγου σκηνήν, καὶ εὑρόντες αὐτὸν ἀνῃρημένον ἐκστήσονται, καὶ φόβος ἐπιπεσεῖται αὐτοῖς, καὶ τραπήσονται εἰς φυγήν, καὶ ὑμεῖς ἕψεσθε ὀπίσω αὐτῶν καὶ συγκόψετε αὐτούς, καὶ πληρωθήσεται τὰ πεδία νεκρῶν." ταῦτα τοῖς πολίταις αὐτῆς συμβουλεύσασα "καλέσατέ μοι" ἔφη "τὸν Ἀχιώρ·" καὶ ἐλθόντι τὴν κεφαλὴν τοῦ Ὀλοφέρνου ὑπέδειξε. καὶ ἐξέστη ὁ ἄνθρωπος, καὶ "ἀνάγγειλόν μοι" ἔφη "ὅσα ἐποίησας." κἀκείνη πάντων ἐνώπιον
D διηγήσατο ἃ ὁ θεὸς πεποίηκε δι' αὐτῆς, καὶ ὡς ἀμίαντον τὴν

5 ἐξελεύσεσθαι AW LXX, ἐξελεύσομαι P. 8 ἀπέτεμε A, ἐπέτεμε PW. 11 ἐθαυμάστωσεν δι' αὐτὴν A. 18 πληρωθήσεται A, πληρωθήσετε PW. 20 ἔφη τὸν ἀχιώρ A, τὸν Ἀχιὼρ εἶπεν PW.

et plurimo vino hausto inebriatus in lectulo se reclinat, mero gravato capite. digressis omnibus Bagoas tentorium claudit, sola Iuditha in eo relicta. mandarat autem illa ancillae ut exitum suum observaret: egressuram enim esse ad orandum. iam cum Holofernem vino demersum et profundissimo somno oppressum videret, invocato deo, stricto acinace illius caput resecat: egressa ancillae tradit: abit ut de more precatura. cumque urbi suae propinquasset, portarum custodes aperire iubet: intromissa, quae miracula deus ipsius opera edidisset commemorat, Holofernis caput profert, id e propugnaculis suspendendum esse monet, et armatos mane egredi. "nam ubi vos" inquit "viderint Assyrii, ad imperatoris sui tabernaculum concurrent, et eius caede perterrefacti fugam facient. vos eos insecuti ita caedetis ut campi cadaveribus impleantur." quae cum cives suos monuisset, Achiori arcessito caput Holofernis monstrat: quo ille conspecto attonitus petebat ut quid egisset sibi recenseret. cum autem illa in conspectu totius populi quae deus per ipsam fecisset narraret, utque castitatem

αὐτῆς σωφροσύνην καὶ χηρείαν ἐτήρησε. καὶ ὁ Ἀχιὼρ ἐπίστευσε
τῷ θεῷ καὶ περιετμήθη. οἱ δὲ τῆς πόλεως ἄρχοντες καὶ τὸ
πλῆθος αὐτῆς τὴν κεφαλὴν Ὀλοφέρνου τοῦ τείχους ἀπῃωρήκασι
καὶ τἆλλα κατὰ τὴν συμβουλὴν Ἰουδὴθ πεποιήκασι. καὶ τοὺς
Ἀσσυρίους ὡς χόρτον συνέκοψαν, καὶ τὴν παρεμβολὴν αὐτῶν
διαρπάσαντες λαφύρων πολλῶν ἐνεπλήσθησαν. τῇ δὲ Ἰουδὴθ ἡ
σκηνὴ Ὀλοφέρνου ἐξῄρητο καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ, ἃ καὶ ἀνάθημα
τῷ θεῷ ἐν Ἱερουσαλὴμ ἀπελθοῦσα ἀνέθετο. καὶ ᾖσεν αὐτῷ
ᾠδὴν ἐστεφανωμένη ἐλαίας θαλλῷ, καὶ πᾶς Ἰσραήλ, καὶ ὑπέ- P I 142
στρεψεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ κατεγήρασεν ἐν σωφροσύνῃ, καὶ
τέθνηκε ζήσασα ἔτη πέντε καὶ ἑκατόν.

Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἰουδὴθ ἐν τούτοις· (13) ἑξῆς δ'
ἱστορητέον ἐπιτετμημένως καὶ τὰ κατὰ τὸν Τωβίτ. Τωβὶτ τοίνυν
ἐκ τῆς φυλῆς μὲν κατήγετο Νεφθαλείμ, ᾐχμαλώτιστο δὲ ἐν ἡμέ-
ραις Ἐνεμεσὰρ βασιλέως τῶν Ἀσσυρίων. ἦν δὲ τὰ πρὸς θεὸν
εὐσεβὴς καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαιος, καὶ τῶν συμφυλετῶν
αὐτοῦ θυόντων τῇ Βάαλ, αὐτὸς ἔθυε τῷ θεῷ πορευόμενος εἰς
Ἱερουσαλήμ, καὶ κατὰ τὰς τοῦ νόμου διαταγὰς τὴν ζωὴν ἐρύθμι-
ζεν ἑαυτοῦ, καὶ αἰχμαλωτισθεὶς οὐκ ἐχράνθη βρώμασιν ἐθνι-
κοῖς. γέγονε δὲ τῷ Ἐνεμεσὰρ ἔντιμος, καὶ ἐκτήσατο περιουσίαν B
πολλήν, καὶ ταύτης μετεδίδου τῶν οἰκείων τοῦ γένους τοῖς χρῄ-
ζουσι. πορευόμενος δὲ εἰς Μηδίαν παρέθετο ἑνὶ τῶν ἐκεῖ κατοι-

3 ante τὴν A add καί, cum LXX cod. Vat. 8 ᾠδὴν αὐτῷ A. 9 θαλῷ A. 13 τωβήτ A ubique. 14 νεφθαλείμ A LXX, Νεφθαλίμ PW.

Fontes. *Cap.* 13. *Tobiae* 1 — 6.

et viduitatem suam inviolatam conservasset, credidit Achior deo et circumcisus est. magistratus vero et populus urbis, capite Holofernis de pinnaculo suspenso, caeteraque de Iudithae consilio exsecuti, Assyrios instar graminis ceciderunt: magnaque copia spoliorum potiti, Iudithae tabernaculum Holofernis attribuerunt. quod illa Hierosolyma profecta deo consecravit, eique cum omnibus Israelitis canticum cecinit, oleagino ramo coronata. et reversa domum in castitate consenuit, mortua cum vixisset annos quinque et centum.

Et hic quidem eventus fuit Iudithae: (13) nunc vero series narrationis postulat ut et Tobiti historiam breviter percurramus. is igitur ex tribu Nephthalia oriundus, captus fuerat temporibus Enemesaris regis Assyriorum: homo pius erga deum et iustus adversus homines. cumque tribules eius Baali immolarent, ipse Hierosolyma proficiscens sacrificabat deo, vita ex legis mandatis instituta; neque in captivitate contaminatus fuit cibis gentilibus. conciliata sibi Enemesaris gratia, de opibus, quas magnas pararat, impertiebat egenis popularium suorum. cum autem in Mediam

κούντων ὁμοεθνῶν τῷ Γαμαὴλ ἀργυρίου δέκα τάλαντα. καὶ λαβὼν γυναῖκα τῶν ὁμοφύλων Ἄνναν, υἱὸν ἐξ αὐτῆς ἐγείνατο Τωβίαν.

Ἐνεμεσὰρ δὲ θανόντος, καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Σεναχηρεὶμ τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένου τῶν Ἀσσυρίων, καὶ κατὰ τῆς Ἰουδαίας στρατεύσαντος καὶ αἰσχρῶς φυγόντος ἐκεῖθεν ἐπανελθόντος τε εἰς τὰ οἰκεῖα, καὶ θυμῷ διὰ τὴν ἧτταν ἀποκτιννύντος πλείστους τῶν
C Ἰσραηλιτῶν, ἔθαπτεν αὐτοὺς νυκτὸς ὁ Τωβίτ. γνωσθεὶς δὲ τοῦτο ποιῶν καὶ ζητούμενος ἔφυγε, καὶ τὰ τῆς οἰκίας αὐτοῦ διήρπαστο ξύμπαντα. οὔπω δὲ πεντήκοντα παρελθουσῶν ἡμερῶν ὁ μὲν Σεναχηρεὶμ ὑπὸ τῶν υἱέων ἀνῄρητο, καὶ οἱ μὲν πατροκτόνοι δείσαντες ἔφυγον, ἕτερος δὲ παῖς ἐκείνου Ναχορδὰν τὴν βασιλείαν τὴν πατρικὴν διεδέξατο. ὃς συγγενῆ τοῦ Τωβὶτ κατέστησε τῶν αὐτοῦ πραγμάτων διοικητήν, Ἀχιάχαρ καλούμενον. κἀκεῖνος ἐδεήθη τοῦ βασιλέως περὶ Τωβίτ, καὶ ἐπανῆλθεν εἰς Νινευΐ. ἐνστάσης δὲ πεντηκοστῆς, ἣν καθ᾽ ἑπτὰ ἑβδομάδας ἑώρταζον
D Ἰουδαῖοι, ἄριστον ἡτοίμαστο τῷ Τωβὶτ δαψιλές. λέγει οὖν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Τωβίᾳ "πορεύθητι τέκνον καὶ ἄγαγε ὃν ἂν εὕρῃς τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐνδεῆ μεμνημένον τοῦ κυρίου, μεθέξοντα τραπέ-
W I 102 ζης ἡμῖν." ὁ δὲ πορευθεὶς ἀντέστρεψε λέγων "εἷς ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ἐστραγγαλωμένος ἔρριπται ἐν τῇ ἀγορᾷ." καὶ ὁ Τωβὶτ εὐθὺς ἀπῆλθε, καὶ ἀνελόμενος τὸν νεκρὸν εἰς τὴν οἰκίαν ἐκόμισε, δύντος δὲ τοῦ ἡλίου ἔθαψεν αὐτόν. καὶ ἐπανελθὼν οὐκ εἰσῆλ-

1 Γαμαήλῳ et Γαβαήλῳ LXX. 2 τωβίαν ἐγείνατο A. 11 ὑπὸ] παρὰ A. 12 ὁ ναχορδᾶν A, Σαχερδὰν vel Σαχερδονὸς LXX.

proficisceretur, deposuit ibi apud quendam popularium suorum Gamaelem decem argenti talenta. ductaque uxore suae gentis Anna, Tobiam filium ex ea suscepit.

Enemesare mortuo Senacherimus filius regni Assyriorum successor, cum bello Iudaeis illato foede profligatus esset, domum reversus per iracundiam ex dolore cladis multos Israelitarum occidit. eos Tobitus noctu sepeliebat. quamobrem delatus apud regem cum quaereretur, ipse fugam capit, et facultates eius omnes diripiuntur. necdum dies quinquaginta exierant, cum Senacherimo a suis filiis occiso parricidae perterriti in exsilium profugiunt, et alius eius filius Nachordan regnum paternum suscipit. qui Tobiti cognatum, Achiacharum nomine, suarum rerum procuratorem constituit; cuius intercessione Tobitus rege exorato Ninivea revertitur. festo pentecostes, quod septenis hebdomadibus Iudaei celebrabant, Tobitus lauto prandio apparato, filio mandat ut quemcunque fratrum inopem et domini memorem videret, eum ad epulas adduceret. Tobias egressus revertitur, patri nuntians popularium quendam strangulatam in foro iacere. statim abit Tobitus, cadaver sublatum domum portat et post solis occasum sepelit. a sepultura reversus domum non ingreditur, ut qui ex lege impu-

θεν εἰς τὴν οἰκίαν, οἷα κατὰ τὸν νόμον ἀκάθαρτος ὡς ἁψάμενος τοῦ νεκροῦ, ἀλλ' ἐκοιμήθη παρὰ τὸν τοῖχον ἐν τῇ αὐλῇ. στρουθία δὲ ἐν τῷ τοίχῳ διανυκτερεύοντα ἀφώδευσαν εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς P I 143 *αὐτοῦ, ἐξ ὧν λευκώματα συνέβησαν ἐν αὐτοῖς, κἀκ τούτων πεπήρωτο ὁ Τωβίτ. ἐν ἐνδείᾳ δὲ γεγονὼς ὑπὸ τῆς γυναικὸς μισθῷ νηθούσης ἐτρέφετο. καί ποτε μισθὸν λαβοῦσα, καὶ ἐπ' αὐτῷ προσειληφυῖα καὶ ἔριφον, ἧκε πρὸς τὸν Τωβίτ. καὶ ἀκούσας τῆς κραυγῆς τοῦ ἐρίφου, ἠρώτα μή ποτε κλοπιμαῖος εἴη. ἡ δέ "δῶρον" εἶπε "μοὶ δέδοται ἐπὶ τῷ μισθῷ." καὶ ὃς ἐνέκειτο λέγων "εἰ κλοπιμαῖόν ἐστιν, ἀποδοθήτω τοῖς κυρίοις αὐτοῦ." περιαλγήσασα δὲ ἡ γυνὴ καὶ οἱονεὶ τὸν ἄνδρα ἐπὶ τῇ ἀκριβείᾳ τοῦ δικαίου ἐπιχλευάζουσα "ποῦ εἰσιν αἱ ἐλεημοσύναι σου καὶ αἱ δικαιοσύναι σου;" ἔφη. καὶ ὁ Τωβὶτ ἐδάκρυσε συγχυθεὶς καὶ ᾔτει τὸν θεὸν ἀπαλλαγῆναι τοῦ ζῆν.* B

Καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐν Ἐκβατάνοις τῆς Μηδίας συνέπεσεν ὀνειδισθῆναι Σάρραν τὴν θυγατέρα Ῥαγουὴλ ὑπὸ παιδισκῶν τοῦ πατρὸς αὐτῆς, ὡς τοὺς ἄνδρας αὐτῆς ἀποπνίγουσαν, καὶ ἑπτὰ μὲν συζευχθεῖσαν, οὐδενὶ δὲ αὐτῶν γενομένην. δαιμόνιον γάρ τι Ἀσμοδαῖος καλούμενον ἐθανάτου αὐτοὺς πρὸς αὐτὴν εἰσιόντας. ἡ δὲ μὴ φέρουσα τὸν ὀνειδισμόν, ἀπάγξασθαι ἐβουλεύσατο. ἀλλ' ἵνα μὴ πένθος καὶ ὄνειδος δῷ τῷ πατρὶ αὐτῆς, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν, εἰς προσευχὴν δὲ στᾶσα ἐπεκαλέσατο τὸν θεόν, αἰτουμένη θανεῖν καὶ ἀπαλλαγῆναι τῶν ὀνειδισμῶν, ἢ οἰκτειρηθῆναι καὶ οὕτως αὖθις τὸ ὄνειδος ἐκφυγεῖν.

3 διανυκτερεύοντι A. 12 χλευάζουσα A. 13 συγχεθεὶς? nam talia se immutasse Wolfius professus est ad p. 17 v. 9. 24 τῶν ὀνειδῶν A.

rus esset contacto cadavere, sed iuxta parietem in atrio dormit: in quo passerculi nidulati, excrementa alvi in oculos eius deiecerunt. unde caecatus Tobitus et ad egestatem redactus ab uxore nente alebatur. quae aliquando mercede accepta, auctarii vice haedum etiam rettulerat: cuius balatu audito rogabat num furto sublatus esset. respondente illa dono sibi datum esse, instabat, si furtivus esset, ut suis dominis restitueretur. mulier dolore commota et maritum ob nimium iustitiae studium veluti subsannans "ubi" inquit "sunt eleemosynae tuae et iustitia tua?" iis verbis Tobitus perturbatus et lacrimans mortem a deo exoptat.

Caeterum accidit ut eodem die Ecbatanis Mediae Sarra filia Raguelis a paternis ancillis maledictis lacesseretur, quasi maritos suos suffocaret, cum septies desponsa neque ulli nupta fuisset. nam daemonium quoddam nomine Asmodaeus illos ad eam ingredientes suffocabat. ea contumeliae impatiens de suspendio deliberabat: sed ne patri suo luctui et dedecori esset, ab eo sibi temperat; et ad preces conversa deum invocat, mortem optans et liberationem ab opprobriis, aut clementem melioris fortunae adeptionem, qua et ipsa ignominiam effugeret.

C Εἰσηκούσθη οὖν ἡ προσευχὴ καὶ ἀμφοῖν, καὶ ἀπεστάλη πρὸς τοῦ θεοῦ Ῥαφαὴλ ὁ ἀρχάγγελος ἰάσασθαι μὲν τὴν πήρωσιν τῷ Τωβίτ, τὴν Σάρραν δὲ τῷ Τωβίᾳ μνηστεύσασθαι, καὶ δῆσαι τὸν Ἀσμοδαῖον τὸ πονηρὸν δαιμόνιον ὥστε μή τι κακὸν τῷ Τωβίᾳ ἐργάσασθαι εἰ τὴν Σάρραν ἀγάγοιτο. καλέσας δὲ ὁ Τωβὶτ τὸν Τωβίαν τὸν παῖδα αὐτοῦ καὶ παραινέσας πολλά, τέλος ἔφη αὐτῷ "δέκα τάλαντα ἀργυρίου παρεθέμην Γαμαὴλ τῷ τοῦ Γαβρία ἐν Ῥάγοις τῆς Μηδίας· πορευθεὶς οὖν λάβε ταῦτα." καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὸ περὶ τούτων χειρόγραφον, καὶ ἐνετείλατο ζητῆσαι ἄνθρωπον ὃς μισθοῦ αὐτῷ συμπορεύσεται. καὶ ζητῶν συνοδοιπόρον ἐντυγχάνει τῷ ἀρχαγγέλῳ Ῥαφαὴλ ἐν εἴδει ἀνδρὸς φανέντι αὐτῷ
D καὶ ἐπαγγελλομένῳ εἰδέναι τὴν ὁδὸν καὶ τὸν οἶκον τοῦ Γαμαὴλ καὶ σὺν αὐτῷ πορευθῆναι. καὶ παραλαβὼν αὐτὸν ὡς ἄνθρωπον Ἀζαρίαν καλούμενον ἀπῄει. καὶ ἦλθον ἑσπέρας ἐπὶ τὸν Τίγρην τὸν ποταμόν, καὶ ηὐλίσθησαν ἐκεῖ. Τωβίας δὲ εἰσέδυ τὸν ποταμὸν περικλύσασθαι, καὶ ἀνέθορεν ἐκεῖθεν ἰχθὺς καταπιεῖν τὸ μειράκιον. ὁ δὲ ἄγγελος ἐπιλαβέσθαι αὐτῷ τοῦ ἰχθύος παρεκελεύσατο, καὶ ἑλκυσθέντα αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ἀνατμηθῆναι εἶπε, καὶ λαβεῖν ὑπέθετο τῷ Τωβίᾳ τὴν καρδίαν αὐτοῦ καὶ τὸ ἧπαρ καὶ τὴν χολήν, καὶ διατηρεῖν ἀσφαλῶς.

14. Ὡς δ' ἐπορεύοντο καὶ ἤγγιζον Ἐκβατάνοις, ἔφη Τω-
P I 144 βίας "ἀδελφὲ Ἀζαρία, εἰς τί χρησιμεύσουσιν ἡμῖν ἡ καρδία τοῦ ἰχθύος καὶ τὸ ἧπαρ καὶ ἡ χολή;" ὁ δὲ ἀπεκρίνατο "ἡ καρδία

7 γαβρία A LXX, Γωβρύα PW. 10 συμπορεύεται αὐτῷ A. 14 Τίγρην] p. 22 v. 8 est Τίγρις. 21 ἤγγιζον ἐν ἐκβατάνοις A.

Fontes. *Cap.* 14. *Tobiae* 6 — 14.

Utriusque autem preces exauditae sunt, missusque a deo Raphael archangelus, qui et Tobiti caecitatem curaret, et Sarram Tobiae desponderet, et Asmodaeum malum daemonium vinciret ne quid Tobiae noceret Sarra ducta. Tobitus igitur filium Tobiam vocat, multa monet; denique exponit se apud Gamaelem Gabriae filium qui Ragis Medicis degat decem argenti talenta deposuisse, iubet ut ea recipiat reddito chirographo, et comitem mercede conducat. is dum comitem quaerit, in Raphaelem archangelum incidit, qui virili specie illi oblatus profitebatur se scire viam et aedes Gamaelis, et eius fore comitem. eo igitur adhibito, quasi homo esset Azarias nomine, iter ingreditur. iuxta Tigrim fluvium pernoctant: cum autem Tobias fluvium ingressus esset ut ablueret, exsilit inde piscis adolescentem devoraturus. at angelus ut piscem apprehendat et pertractum in terram dissecet hortatur, eiusque cor iecur et fel diligenter asservet.

14. Cum prope Ecbatana venissent, Tobias "frater Azaria" inquit, "quis nobis usus est cordis iecoris et fellis piscis?" respondet ille, cordis

καὶ τὸ ἧπαρ θυμιώμενα διώκουσι δαίμονας ἐάν τινι ἐνοχλῶσιν, ἡ δὲ χολὴ ἐγχριομένη ὄμμασι λευκώματα ἔχουσι καθαίρει ταῦτα καὶ δίδωσι τὸ ὁρᾶν." ἤδη δὲ τοῖς Ἐκβατάνοις προσήγγισαν, καί φησι τῷ Τωβίᾳ ὁ ἄγγελος "σήμερον αὐλισθησόμεθα παρὰ Ῥαγουὴλ συγγενεῖ σου τυγχάνοντι, ᾧ θυγάτηρ Σάρρα ἐστὶ φρονίμη τε καὶ καλή, καὶ λαλήσω περὶ αὐτῆς δοθῆναί σοι εἰς γυναῖκα." ὁ δέ "ἀκήκοα" ἔφη "τὸ κοράσιον ἐκδεδόσθαι ἀνδράσιν ἑπτά, W I 103 καὶ πάντας ἐν τῷ νυμφῶνι θανεῖν, ὅτι ἐρᾷ τούτου δαιμόνιον καὶ τοὺς αὐτὸ μνηστευσαμένους ἀπόλλυσι· καὶ δέδοικα μὴ καὶ αὐτὸς ἀναιρεθῶ παρ' αὐτοῦ." καὶ ὁ ἄγγελος "ἄκουσόν μου" φησί, B "καὶ μηδείς σοι τοῦ δαιμονίου λόγος. ἐὰν γὰρ ἔλθῃς εἰς τὸν νυμφῶνα, ἄνθραξιν ἐπίθες ἐκ τῆς καρδίας τοῦ ἰχθύος καὶ ἐκ τοῦ ἥπατος, καὶ φεύξεται τὸ δαιμόνιον τὴν ὀσμὴν αὐτῶν ὀσφρανθέν, καὶ οὐκέτι ἐπανελεύσεται." καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκον Ῥαγουήλ. καὶ μαθὼν ἐκεῖνος περὶ Τωβία ὅτι υἱός ἐστι τοῦ Τωβίτ, κατεφίλησεν αὐτόν, καὶ ἀκούσας ὅτι πεπήρωται ὁ Τωβίτ, ἔκλαυσε· καὶ ἀσμένως αὐτοὺς ἐδέξατο. ὁ δὲ ἄγγελος ἔφη τῷ Ῥαγουὴλ συζεῦξαι αὐτῷ τὴν Σάρραν· κἀκεῖνος κατένευσε, καὶ καλέσας τὴν θυγατέρα καὶ τῆς χειρὸς αὐτῆς λαβόμενος παρέδωκεν αὐτὴν τῷ Τωβίᾳ, καὶ λαβὼν βιβλίον ἔγραψε συγγραφήν. μετὰ δὲ τὸ δεῖπνον εἰσήγαγον εἰς τὸ ταμιεῖον πρὸς αὐτὴν τὸν Τωβίαν. ὁ δὲ ἀπιὼν C ἔλαβεν ἄνθρακας, καὶ ἐπιθεὶς ἐκ τῆς καρδίας καὶ τοῦ ἥπατος τοῦ ἰχθύος ἐκάπνισε, καὶ ἡ ὀσμὴ τούτων ἐφυγάδευσε τὸ δαιμόνιον. Ῥαγουὴλ δὲ μεθ' ἡμέραν ἔστειλε μίαν τῶν παιδισκῶν ἰδεῖν

7 ἐκδιδόσθαι A. 15 ὅτι ὁ υἱός A. 23 τούτων A, τοῦ PW.

et iecoris suffitu fugari daemones si cui sint molesti: fel inunctum oculis albuginem detrahere et restituere visum. praeterea Tobiae ait, se in urbe apud Raguelem cognatum eius pernoctaturos, cui filia sit Sarra, cordata et formosa: eam se illi uxorem petiturum. tum adolescens "audivi" inquit "puellam septem viris fuisse elocatam, qui omnes in thalamo nuptiali perierint: nam a daemonio adamari, quod sponsos illius perimat. vereor itaque ne et mihi idem usu veniat." cui angelus "me" inquit "audi, neque ulla daemonii ratione habita, ubi in thalamum veneris, portionem de corde et iecore piscis carbonibus imponito: daemonium enim odore illo profligatum nunquam redibit." cum ingressi essent aedes, et Raguel Tobiam Tobiti filium esse cognovisset, utrumque humaniter excipit, adolescentem deosculatur et patris eius calamitatem deplorat. angelo autem a Raguele petente ut Tobiae Sarram desponderet, cum annuisset pater et filiam arcessisset, puellam manu prehensam Tobiae tradit, et libellum matrimonii conficit. a cena Tobias in conclave ad illam introductus corde et iecore piscis carbonibus imposito cubiculum suffumigat, eoque nidore fugat daemonium. Raguel autem, cum diluxisset, ancillam misit visum an adhuc viveret Tobias.

εἰ ζῇ ὁ Τωβίας. τῆς δὲ ἀναστρεψάσης καὶ ζῆν λεγούσης αὐτόν,
εὐλόγησεν ὁ Ῥαγουὴλ τὸν θεόν. εἶπε δὲ πρὸς Τωβίαν "ἑορτάσω-
μεν τοὺς γάμους ἐφ' ἡμέρας δέκα καὶ τέσσαρας, καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ
ἐντεῦθεν πρὸ τοῦ ταύτας παρελθεῖν. καὶ τότε λαβὼν τὴν ἡμί-
σειαν μοῖραν τῶν ὑπαρχόντων μοι πορεύου, τὰ δέ γε λοιπὰ λή-
ψεσθε θανόντος ἐμοῦ καὶ τῆς τοῦ βίου μοι κοινωνοῦ." φησὶν οὖν
ὁ Τωβίας πρὸς Ῥαφαὴλ "ἀδελφὲ Ἀζαρία, λάβε μοι τὸ χειρόγρα-
D φον καὶ πορεύθητι ἐν Ῥάγοις παρὰ Γαμαὴλ καὶ κόμισον τὸ ἀρ-
γύριον· εἰ γὰρ χρονίσομεν, ὁ πατήρ μου σφόδρα ὀδυνηθήσεται."
καὶ ἀπῆλθεν ὁ ἄγγελος καὶ ἐνεχείρισε τῷ Γαμαὴλ τὸ χειρόγραφον
καὶ ἔλαβε τὸ ἀργύριον καὶ ὑπέστρεψεν.

Ἤδη δὲ παρελθουσῶν τῶν τοῦ γάμου ἡμερῶν "ἐξαπόστει-
λόν με" τῷ Ῥαγουὴλ ὁ Τωβίας φησί· καὶ λαβὼν τὴν γυναῖκα
αὐτοῦ καὶ τὸ ἥμισυ τῶν ὑπαρχόντων τῷ Ῥαγουὴλ ἀπῄει. ἄρτι
δὲ πλησίον γενομένων τῆς Νινευί, φησὶν ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὸν
"προδράμωμεν ἔμπροσθεν, ἑτοιμάσωμεν τὴν οἰκίαν. λάβε δὲ
μετὰ χεῖρας τὴν χολὴν τοῦ ἰχθύος, καὶ ἀνοίξει τοὺς ὀφθαλμοὺς
αὐτοῦ ὁ πατήρ σου, σὺ δὲ ἔγχρισον αὐτοὺς τῇ χολῇ, καὶ δηχθεὶς
P I 145 διατρίψει αὐτούς, καὶ ἀποβαλεῖ τὰ λευκώματα." ἡ δὲ μήτηρ
αὐτοῦ ἐκάθητο τηροῦσα τὴν ὁδόν· καὶ ὡς ἔγνω τὸν υἱὸν αὐτῆς
ἐρχόμενον, σπεύσασά φησι τῷ Τωβὶτ "ἔρχεται ὁ υἱός σου," καὶ
προσδραμοῦσα κατεφίλησεν αὐτὸν καὶ εἶπεν "εἶδόν σε παῖ, καὶ
νῦν εἰ θανοῦμαι, οὐ μέλον μοι." Τωβὶτ δὲ ἐξῄει πρὸς τὴν θύ-
ραν προσκόπτων. καὶ ὁ Τωβίας αὐτοῦ ἐπελάβετο καὶ ἐπέχρισε

3 οὐκ om A. 13 με] μοι A. 22 προσδραμὼν A.

quae cum eum salvum esse renuntiasset, laudato deo Tobiae ait "nuptias per quattuordecim dies celebrabimus, nec ante eos elapsos te dimittam: post accepto mearum opum semisse discedes: reliqua me vitaeque meae socia defuncta accipietis." Tobias igitur ad Raphaelem ait "frater Azaria, cape chirographum meum, et Raga profectus ad Gamaelem, argentum affer. nam si diu morabimur, pater meus vehementer angetur." abit angelus: dato Gamaeli chirographo argentoque accepto revertitur.

Elapsis nuptiarum diebus Tobias petita a Raguele venia uxoreque sua cum semisse bonorum soceri accepta discedit. cum autem iam Ninivae appropinquarent, angelus ei ait "praecurramus et praeparemus aedes: tu vero fel piscis in manus sumito, ut aperiantur oculi patris tui. nam ubi tu eos inunxeris, et ille ex morsu confricuerit, albuginem detrahet." mater porro eius sedebat, reditum filii exspectans: eo conspecto adventum eius Tobito nuntiat, propereque accurrens filium deosculata "vidi te" inquit, "fili, neque mihi posthac mors curae est." Tobitus vero ad ianuam exiens impingit: sed Tobias eo apprehenso felle inunxit eius oculos: quos ubi ille

τὴν χολὴν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ συνεδήχθησαν, καὶ
διέτριψεν αὐτούς, καὶ ἐλεπίσθη ἀπ' αὐτῶν τὰ λευκώματα. καὶ
ἰδὼν τὸν υἱὸν αὐτοῦ εὐλόγησε τὸν θεόν. καὶ ὡς ἀπηγγέλη τῷ
Τωβὶτ τὰ γεγονότα τῷ Τωβίᾳ ἐν Μηδίᾳ, ἐξῆλθε Τωβὶτ εἰς συν-
άντησιν τῆς νύμφης αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν αὐτὴν εὐλόγησεν αὐτήν. B
οἱ δὲ ἐν τῇ Νινευὶ ὁρῶντες αὐτὸν βλέποντα, καὶ ἀκηκοότες ὅσα
ἐποίησεν ὁ θεὸς μεγαλεῖα, ἐθαύμαζον. εἶπε δὲ Τωβὶτ τῷ υἱῷ
αὐτοῦ "δὸς δή, τέκνον, τὸν μισθὸν τῷ ἀνθρώπῳ τῷ συνελθόντι
Iam cum Romanorum mentionem fecerit historia, eisque potentiam invictam tribuerit, omnino necessarium est dicere ac docere aut admonere lectores, qui sint Romani, quae gentis origo, unde nomen habeat, quibus rerum publicarum formis usa, quibus casibus iactata sit, quibus rationibus ad summam felicitatem adscenderit, ut toti fere terrarum orbi imperarit suamque potestatem ad omnes paene propagarit, et ut principio regibus paruerit ac post ad optimatium potestatem sive dictaturam et consulatum reciderit, deinde rursus ad democratiam devoluta mox ad monarchiam sit reversa. de his igitur etiam dicendum est, prolixitate narrationis quantum fieri potest in compendium contracta vitataque verborum multitudine, ut historia et facile intelligi et memoria teneri queat.

NOTAE.

LECTORI.

Eiusmodi sunt qui generalem praesertim spectant historiam, quemadmodum sunt Zonarae quos modo recudimus Annales, ut fusioribus illustrari commentariis minime debeant, cum qui id faciendum sibi proponeret, inutilibus potius ac supervacaneis lectorem fatigaret observationibus quam labore quovis sublevaret. ea quippe est scriptionis istius ratio, ut quae ex auctoribus decerpuntur, attingantur duntaxat nec pleniori oratione conscribantur. continua gestorum series et secundum certiores temporum notas digesta in illis attenditur potissimum, adeo ut ipsas consulere origines necesse habeat qui prolixiores expetierit narrationes, cum eorum qui condunt Annales praecipuum sit consilium ut universali quadam rerum cognitione lectoris animum informent. ita Zonarae illud in primis fuit, ut recte in Praefatione ait Wolfius, "certam quandam historiae quasi disciplinam constituendi, et dispersa in plurimis voluminibus membra et partes eius in unum quoddam corpus redigendi. delegit enim sibi non omnium sed praecipuarum gentium historias, neque eas omnes, sed vel praecipuas duntaxat vel eas quae ad ecclesiae seriem perspiciendam facere videbantur." in hac igitur tot eventuum atque rerum expositione quam Annales complectuntur, qui mundi primordia Veterisque Foederis historias, quae ex sacris libris et ex Iosepho ac Georgio Syncello, aut res Graecanicas vel etiam Romanas, seu rei publicae seu imperii tempora spectentur, ex scriptoribus refert Zonaras, cum iis conferre vellet ac eorum auctoritate firmare qui singulas ex professo pertractarunt, vel quae ille de industria omisit afferre, duo pariter subiret incommoda, ut et nimium diceret nec tamen totum, ut Quintiliani verbis utar. fatendum tamen occurrere interdum in iis multa quae critica indigeant manu, cum in ipsa videlicet narratione, aut in personarum vel locorum nomenclaturis, atque adeo in factis ipsis a suis discedunt authenticis, de quibus lectorem interest admonere. nonnulla sunt praeterea quae locis exoticis possunt adornari, cum lumen sibi invicem plerumque

commodent scriptores: quod quidem in Notis, quas hic in praesens edimus, pro virili praestitimus, in iis maxime quae Byzantinae historiae illustrandae conducunt; quandoquidem hosce Annales publicamus caeteris rerum Byzantinarum scriptoribus typis Regiis hactenus expressis adiungendos. nam ut Theophanem ac illius Continuatores, vel qui ut Zonaras Annales a mundi conditu ad sua tempora, alia forte methodo, perduxerunt, Georgium Cedrenum, Georgium Hamartolum, Symeonem Logothetam, Ioannem Scylitzen, Constantinum Manassem, Michaelem Glycam, Ioelem et alios istiusmodi cum ipso Zonara compararem, absonum prorsus visum esset, cum satis et abunde sit, si quae sunt extra usum communem vel a caeteris intacta, in Notas referantur, ex quibus scriptori lux utcunque affulgeat. iam vero cum in universam Byzantinam historiam perpetuos, ut ita dicam, seu qui singulis illius scriptoribus aptari possint, commentarios antehac ediderim, duobus publicatis voluminibus, quorum alterum Familias Augustas et Dalmaticas una cum urbis Cpolitanae descriptione, alterum mediae et infimae Graecitatis Glossarium complectatur, in quo non modo vocabula mixobarbara sed etiam dignitates palatinae militares ecclesiasticae et monasticae explicantur, unum supererat ut sola duntaxat facta illustrari posse arbitrarer. quod quidem ita a me praestitum est ut, si quid in supra memoratis lucubrationibus excidisset, subinde annotarem, idque saepe ex scriptoribus ineditis, ne vel ex incuria nostra vel ex memoriae lapsu dispendium lector patiatur. sed et varias interdum lectiones ex Zonarae manu descriptis codicibus, quos videre contigit, subinde inserimus, praetermissis interea synonymis tanquam nullius compendii, quod et se fecisse profitetur Wolfius interpres; cuius alioquin Notas priori editioni subditas cum nostris edi suis locis curavimus, littera nominis initiali W indicatas, praetermissis quibusdam inutilibus. atque hae quidem priorem Annalium partem et alteram usque ad Constantinum Magnum potissimum spectant, ubi paulo visus est accuratior quam in iis quae Byzantinorum imperatorum historiae erant subiunctae, in qua minus scientem fuisse palam est, quod et ipsemet ingenue agnoscit; quemadmodum et Xylander in Notis ad Cedrenum singulis fere locis, qui res Byzantinas spectant, non modo haesitare cogitur, sed fatetur ultro vocum sibi insolentium, partim hybridarum ac μιξοβαρβάρων, partim prorsus et apud Latinos et apud Graecos peregrinarum, notiones ignotas nec alibi lectas: quod non omnino mirandum, siquidem hac tempestate nulli tum fere essent editi Byzantinae historiae scriptores, et in iis illustrandis nemo ex tot viris eruditis studia sua hactenus contulerat. Ducangius.

Quinque codicibus in totius operis interpretatione sum usus, quorum tres liberalitate magnisque sumptibus magnifici et generosi viri d. Antonii Fuggeri, opera vero honesti et eruditionis amantissimi viri Ioannis Dernschwam Cpoli sunt allati; quartum [D] Ioannis Iacobi Fuggeri, Maecenatis mei, bibliotheca suppeditavit; quintum ex Viennensi bibliotheca clarissimus vir d. Gaspar a Nydprug, senator regius, ultro liberaliter communicavit, eoque officio sane quam necessario multum conatus nostros iuvit. nam absque eo si fuisset, multae lacunae in Zonara relinquendae fuissent. ex his duo duntaxat integri fuere, Cpolitanus ab Antonio Cantacuzeno Byzantii emptus [C], et Viennensis [B]: reliqui tres historiam imperatorum duntaxat habuerunt, nec eam omnes integram. neque ullus ex his omnibus fuit in quo non multa et depravata et mutilata essent: quae ex caeteris partim explevi partim correxi. etsi autem in integrum omnia restituere non licuit (alicubi enim omnes noti atque amici, ut ille queritur, me deseruerunt), tamen eam operam navasse videor, ut lectores aliquid meis laboribus debituri et praetermissa boni consulturi sint, nisi iniqui esse velint. nam quantae molestiae esse putas (ut conversionis aerumnas taceam) cramben non bis sed quinquies repetitam devorare? apparet hoc opus olim in magno fuisse pretio, ac saepissime descriptum ab iis qui sententias auctoris sequi contenti, verba eius non curiose observarint, ac potius cum illo certare voluerint paraphrasi quadam et copia elocutionis, in primo tomo praesertim: quae omnia annotare et magni laboris et supervacaneum fuisset. quorsum enim attinet perscribere synonyma, ut pro *ὁμοεθνεῖς ὁμογενεῖς*, *ἀπέδρα* pro *διέδρα* et id genus alia, in quibus vel nullum discrimen est vel adeo tenue ut et plurimorum animadversionem effugiat, et ab iis qui linguarum libertatem grammaticorum angustis limitibus praeferunt negligatur? atque in hac diversitate vetustissimi codicis Cpolitani fidem secutus sum, nisi ubi manifesti errores ab eo recedere coegerunt: caetera quae aliquid momenti habere videbantur, nec tamen apparebat quid cui praeferendum esset, breviter annotavi, ut lectori suum iudicium in legendo aeque esset integrum ut mihi in convertendo meum. in hoc primo tomo duo tantum codices, Cpolitanus et Viennensis, usui mihi fuerunt: nam reliqui tres historiam Iudaicam non habebant. Wolfius.

Initio codicis Parisiensis Regii 1715 (A) ab alia manu negligenter scripta leguntur haec. *Ὡς μέν, εἴπερ τις σὺν ἀκριβείᾳ σκοποῖτο, διδασκαλεῖον καθέστηκεν ἀρετῆς ἡ παροῦσα βίβλος, αὐτόθεν καὶ ἀπ' αὐτῶν ἐστι πρόδηλον τῶν ἐμφερομένων ταύτῃ διηγημάτων· ἃ γὰρ φιλοτίμως διέξεισι, τῶν ἐν βίῳ ταῦτα πραγμάτων ἀψευδὴς παιδεία καὶ ὁδηγὸς πρὸς τὰ*

κάλλιστα· ἀμφοτέρων γὰρ εἰκόνας, τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ ἐναντίου, καθωσπερεὶ τοὺς τῶν ἀπ' αἰῶνος βίους ἀνθρώπων ἐπέξεισιν· ὡς δὲ σπουδαῖος ὁ ταύτην συντεταχὼς ἦν καὶ ἔργων οὐχ ἥκιστα ἀρετῆς ἐπιμελούμενος, παριστᾷ μὲν καὶ τὸ ἐμφαινόμενον ἦθος τῇ κατ' αὐτὸν φιλοπονηθείσῃ συγγραφῇ, ἔστι δὲ καὶ ἐξ ὧν οὐκ ὀλίγων ὄντων ἑτέρων τῶν τοῦ ἀνδρὸς σπουδασμάτων οὐκ ἄδηλον, καὶ μάλισθ' ὅτι πρὸς τὸν ἀγγελικὸν τοὺς κοσμικοὺς θορύβους ἀποσεισάμενος καὶ μονήρη βίον ἀπέδραμε, προφανέστερον. καὶ γάρ, ἵν' ἐν ἐπιτομῇ τὰ ἐκείνου διέλωμαι, ἦν μὲν τῶν εὐπατριδῶν, ἦν δ' οὐκ ἀμάρτυρον τὴν τοῦ γένους ἔχων εὐδαιμονίαν ἀπὸ τῶν λόγων· τὴν γὰρ ἐκ τοῦ πλουτεῖν καὶ τὰ πρῶτα φέρειν ἐν βασιλείοις αὐλαῖς εὐδοξίαν σιγῶ. κράτιστος δὲ καὶ ἐπίδοξος ἀρετῇ καὶ λόγοις γενόμενος, καὶ δι' ἑκάστου τούτων εὐδοκιμήσας, ὡς καὶ τιμῶν οὐ μετρίων πρὸς βασιλέως ἀξιωθῆναι καὶ παρρησίας οὐ μεῖον τῶν μέγιστα παρὰ βασιλεῖ δυναμένων προσαπολαῦσαι, ἐπειδὴ τὸ περιστατούμενον ἔγνω τοῦ βίου καὶ ἄστατον, ὥσπερ κύβον ἀναρρίψας τὰ ἐν τῷ βίῳ πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς προσεχώρησε στάδιον, οὐδὲν ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον τῶν ἐνοχλούντων ἐπιφερόμενος. διὸ καὶ διὰ πασῶν τῶν τῆς κρείττονος διοδεύσας μοίρας ὁδῶν, ἐξ ἁπάντων καλῶν τὰ βελτίω καὶ κράτιστα συνελέξατο. εἶτα καὶ τοῖς ἑξῆς καὶ μεθ' ἑαυτὸν ἀνθρώποις καταλιπεῖν ἀρετῆς εἰκόνα καὶ τῶν ἐν βίῳ πραγμάτων διδασκαλεῖον, ἐξ οὗπερ τὰς μετακλίσεις τε καὶ ἀντικυλίσεις ἔμελλον ἐκμανθάνειν καὶ ὅπως ὁ περιάγων κύκλος τῷ ἀνηρέμῳ τῆς ἕλξεως καὶ περιφορᾶς ἐναλλάττειν οἶδε καὶ περιάγειν, βουλόμενος, ἐνεσπούδασε πάντων τῇ ἱστορίᾳ, οὐκ ἄλλην ἢ ταύτην καλῶς ἐπικρίνας εἶναι τοῦ βίου διδάσκαλον καὶ ὑπόδειγμα τῶν ἐν κόσμῳ γίνεσθαι πεφυκότων.

Ὁ μὲν οὖν, ἅτε πρὸς ἄκρον παιδείας καὶ ἀρετῆς ἀνεληλακώς, διὰ τάδε τὰς ἐν τῇ βίβλῳ σπουδάσας ἐντέταχε τῇδε τῶν βίων ὑποτυπώσεις, ἑκάστης δ' ἀξίας καὶ τάξεως ὡς ἐν πίνακι τὰς εἰκόνας αὐτῇ ἐνετάξατο· δεῖ δὲ τοὺς αὐτῇ ἐντυγχάνοντας τῆς τε ὅλης φιλανθρωπίας τὸν ἄνδρ' ἐπαινεῖν καὶ ὡς ὁδηγὸν τῶν καλλίστων τρόπων καὶ παιδευτὴν ἐπιτηδευμάτων χρηστῶν τοῦ καθήκοντος μὴ ἀποστηρεῖν ἐπαίνου. εἰ δὲ καὶ τῆς ἁπάσης αὐτὸν οἰκονομίας θαυμάζειν τῆς ἐν τοῖς λόγοις ἐθέλει τις, οὐδ' ἐν τούτῳ τοῦ κρείττονος ἁμαρτάνοι· λέγω δὲ πρὸς αὐτὰ τὰ τῇ ἱστορίᾳ καθήκοντα ἀποβλέπων. σαφηνείας μὲν γάρ, ἐπειδὴ τὸ σαφὲς τοῖς ἱστορικοῖς ἀνεῖται καὶ μὴ ἐπίδειξιν ἄκαιρον τῆς ἐν λόγοις δυνάμεως ποιουμένοις, τοσοῦτον πεφρόντικεν ὅσον ὁ λόγος ἀπῄτει τῆς προκειμένης αὐτῷ διηγήσεως. διαίτῃ γὰρ ῥητορικῇ τοῦ ὑπτίου τε καὶ συντόνου μέσον βαδίσειε. διὸ καὶ ἐδέησε τούτῳ σεμνότητος καὶ δι' ὧν κατορθοῦται τὸ βέλτιστον εἶδος ἐν λόγοις καὶ ἱστορίαις, ἐδέησε δὲ συντομίας τὸ οἷον δυσκίνητον ἢ νωθρὸν τῶν διηγημάτων διεγειρούσης καὶ οἷον εὐκίνητον τῇ διακοπῇ ποιούσης, κάλλους δὲ καὶ γλυκύτητος

ὅσον ἔμελλε μὴ διακορεῖς τοὺς ἀκούοντας διαθεῖναι τῷ πάνυ τραχεῖ καὶ δυσήχῳ τῆς ἑρμηνείας καὶ οἷον σκληρῷ. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐπιεικείας ὁπόσον ἀκίνδυνον ἦν διαπέφευγε. τὸ δ' ἐπιλάμπον ἐφ' ἅπασι τοῖς σεμνοῖς τῶν διηγημάτων ἡδεῖαν τὴν ὁμιλίαν τῆς ἱστορίας ποιεῖ τῷ ἀνδρί. θαυμάσειε δ' ἄν τις αὐτοῦ καὶ τὸ καθαρὸν τῆς ἑρμηνείας καὶ οἷον ἀκμαῖον καὶ σύντομον κἂν τοῖς σχήμασι διαλλάττον. τὸ δὲ τῆς λέξεως ἀνθηρὸν καὶ ποικίλως μεταποιούμενον οὐ μικρᾶς τινος ἄξιον εὐφημίας. εἰ δὲ μὴ χαίρει τραχείαις τε καὶ πεπονημέναις προστίθεσθαι λέξεσιν, ἐξ ὧν τὸ δυσεπιχείρητον καὶ πικρὸν καὶ στρυφνὸν ἀναφαίνεται τῷ λόγῳ, οὐ θαυμάζειν εἰκός· οὐ γὰρ λόγων ἐπίδειξιν ἀλλὰ βίου προτύπωσιν ἐνεγκεῖν ᾑρεῖτο. διὸ καὶ τοῖς μὲν ὅσοι μὴ βίον αἱροῦνται ῥυθμίζειν τὸν ἑαυτῶν πρὸς τὸ βέλτιον, ἀλλὰ λόγων ἀσκεῖν τὴν ἐπίδειξιν, ἀτερπὴς εἰς ἀκρόασιν φαίνοιτ' ἄν. κτῆμα δὲ τίμιον ὅσοι τὸν ὀρθὸν βίον τοῦ διεστραμμένου λόγου προκρίνουσιν.

Ἀλλὰ τὴν μὲν ἰδέαν, ὡς ἐν βραχεῖ παρεθέμην, τοῦ λόγου τοιοῦτος ἐκεῖνος ἦν, ἱστορεῖ δὲ τόπους ἅμα καὶ πράγματα προσώπων τε καὶ ἠθῶν διαθέσεις ὡς ὁ ἑκάστου τῶν ἀναγεγραμμένων ὑποβάλλει τρόπος· ἀλλ' οὐδὲ ποταμῶν οὐδὲ πελαγῶν παρεῖται τὰς ἐξηγήσεις, νήσους τε καὶ ἀκτίους ἀφηγεῖται πόλεις· πολέμων δὲ καὶ ἐμπλοκὰς καὶ ναυμαχιῶν, οἷς ἀξιόλογόν τι καὶ πρέπον παραδοθῆναι γραφῇ διεγένετο, κάλλιστα μέτεισιν, οὐ τὰς τάξεις μόνον ὡς ἑκατέρωθεν παρετάξαντο μετιών, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα πρὸ τῆς συγκρούσεως καὶ τοῦ ἔργου συμβέβηκε. διαιρεῖ δὲ τὴν τῆς ὅλης αὐτοῦ μεταχείρησιν πραγματείας εἴς τε τὰ Ἰουδαϊκά, τὰ τῆς Περσικῆς καὶ τῶν Μήδων ἡγεμονίας, καὶ ὥς γε προεχώρησε τὰ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων καὶ εἷλε τὴν τῶν Περσῶν ἀρχήν, καὶ ὡς ἡ Ῥωμαίων ἐπιστασία τὸ τελευταῖον εἰς μοναρχίαν ἀνεληλάκει. ἧς ἄρχεται μὲν ἐξ Ἀδὰμ καὶ τῆς πρώτης τοῦ γένους ἡμῶν διαρτίας τε καὶ συμπήξεως, κάτεισι δὲ διὰ τῶν ἐν μέσῳ, καὶ ἐς Ἀλέξιον καταλήγει τὸν Κομνηνὸν τὰ καθ' ἕκαστα διερχόμενος. οὐ βασιλέων δὲ μόνον οὐδὲ τῶν ἄλλως τυραννικὰς ἑλομένων *) πράξεις ἐκτίθησιν, ἀλλὰ καὶ ἀρχιθυτῶν ἱστορεῖ τοὺς καθ' ἕκαστα καὶ κατὰ καιροὺς ἐπὶ τῶν οἰάκων τῆς ἱερᾶς ἀναβῆναι καθέδρας ἀξιωθέντας· ὧν καὶ εἴ τί που παρὰ τὴν τῶν νόμων ἀξίωσιν ἐξεδιαιτήθη, καλῶς ποιῶν οὐδὲ τοῦτο παρίησι.

Πάντα οὖν ταῦτα τῇ προκειμένῃ βίβλῳ σπουδάσας ἐντέταχε, πρὸς τῶν κατὰ μέρος συγγραψαμένων ἀπολεξάμενος ἕκαστα. ἐκ μὲν γὰρ Μωυσέως καὶ Ἰωσήπου τὰ τῶν Ἰουδαίων, ἐξ Ἡροδότου δὲ τὰ τῶν Περσῶν, καὶ ἐξ ἄλλων ἄλλα συνεφορεῖτο, καὶ μίαν ἐκ διαφόρων συντέταχεν ἱστορίας βίβλον, τὰ κράτιστα ᾑρημένος. καθάπερ οὖν οἱ ζωγράφοι καὶ οὗτος τῶν ἀναγεγραμμένων ἀπολαβὼν τὰ τῷ βίῳ λυσιτελῆ συνεκέρασεν ἄριστα καὶ

*) adde ἀρχάς: nisi τυραννίδας legendum.

εἰκόνα παντοδαποῦ τε ζώου καὶ πολυμόρφου καθαπερεὶ συνεστήσατο τοῦ ἐν κόσμῳ βίου, ὡς ἂν ἔχοιεν ἕκαστος ἀφορῶν εἰς αὐτὴν ἀπευθύνεσθαι, καὶ τὸ μὲν σπουδαῖον αἱρεῖσθαι φιλεῖν καὶ διὰ μιμήσεως κατορθοῦν σπουδάζειν τὰ ἐπαινούμενα, τὸ δὲ φαῦλον μισεῖν καὶ ἐκτροπιάζεσθαι.

Τοιοῦτος μὲν ὁ τῆς ἱστορίας σκοπός, καὶ διὰ τάδε συγγράφειν καὶ ἱστορεῖν τὰ γεγενημένα προείλετο. οὐ γὰρ οἶμαί τινα δι' ἑτέραν αἰτίαν ἢ τὴν οὐχὶ ῥᾳδίως εὑρισκομένην αἵρεσιν τοῦ συμφόρου ταῦτα συνενεχθῆναι. διὸ καὶ προσήκει τὸ χρήσιμον κατειδότας τῆς ἱστορίας ἐπισπουδάζειν αὐτῇ καὶ τῶν πράξεων ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τῶν ἡμετέρων, ὁμοίοις συμβάλλοντας ὅμοια τοῖς προγεγονόσιν ἔργα, καὶ ὥσπερ οἱ τὰς μορφὰς καὶ τὰ χρώματα μετιόντες πρὸς τὰ ἀρχέτυπα τῶν πραγμάτων ὁρῶντας ἐπὶ τὰς ἐμφερεῖς ἐργασίας τε καὶ μεταχειρίσεις ὁρμᾶν. οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλως κατευστοχῆσαι τοῦ λυσιτελοῦς, οὐδὲ οὗ στοχαζόμεθα πράττοντες τοῦ βελτίστου τέλους, μὴ πρὸς ἐκεῖνα ὁρῶντες καὶ ὡς τῶν πράξεων ἀπευθύνεσθαι τούτοις τῶν ἐσομένων εἰκόσι σπουδάζοντες. ἴδοι δὲ ἄν τις τὸ χρήσιμον οὗ φημι, εἰ τὴν εὐβουλίαν ὁπόσα εἰς κατορθώσεις πραγμάτων συντείνει μὴ παραιτήσαιτο διαγνῶναι. εἰ γὰρ αἰτίαν ταύτην τῶν πράξεων οὖσαν οὐκ ἀγνοήσει, οὐκ ἂν ἀντιλέγοι μὴ τῆς τῶν ἄνωθεν γενομένων πείρας τὴν εὐβουλίαν συνίστασθαι. οὐκοῦν χρήσιμον, μᾶλλον δὲ ἀναγκαῖον, εἰ μέλλοι τις μὴ τοῦ κρείττονος λόγου ἁμαρτήσεσθαι, μετιέναι τὰς ἱστορίας. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ πολυπειρίαν ἕξει, καὶ διαφόρων γνοίη πραγμάτων ἐπιχειρήσεις, καὶ γνῶναι μὲν τὰ παρῳχημένα τῶν ἔργων δυνήσεται, στοχάσασθαι δὲ τὰ ἐσόμενα· θηρεύεται γὰρ ἐκ τῶν παρελθόντων τὰ μέλλοντα. ἴδοι δὲ τὸ διάφορον ἀρετῆς καὶ κακίας αὐταῖς, καὶ ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλας, καὶ ἃ μὲν ἢ πρὸς βασιλικὰς ἀναχθέντες ἀξίας καὶ ἐξουσίας ἢ πρὸς στρατηγικὰς δυναστείας κατώρθωσαν οἱ μετ' ἀρετῆς, ἐπαινούμενα, ὅσα δὲ τῇ κακίᾳ προσκείμενοι, διωθούμενα καὶ μισούμενα. τὸ γὰρ ὅλον εἰπεῖν, ἀρετῆς καὶ κακίας ἡ βίβλος ἥδε διδασκαλεῖον, μᾶλλον δὲ στήλη τὰ ἑκατέρᾳ προσόντα παραδεικνῦσα. εἰ δὲ καὶ πρακτικῆς ἐπιστήμην δυνάμεως θεωρίᾳ συνοῦσαν ἀποκαλοίη τις, οὐ τοῦ δέοντος λίαν διαπεσεῖται. καὶ γὰρ ἔστι ταύτῃ μαθεῖν θεωρίαν τῇ πράξει συγκεκραμένην καὶ μεμιγμένην, εἰς ἃ πᾶς ὁ βίος ἡμῶν ἀνατείνεται καὶ δι' ὧν κατορθοῦται τὰ κράτιστα. οὔτε δὲ θεωρίας ἡ πρᾶξις διαζευχθεῖσα τῶν καθηκόντων τι διαπράξαιτ' ἄν, οὔθ' ἡ σύζυγος θεωρία τῆς πράξεως. ἑκατέρας οὖν ἐνταυθοῖ τὸ κέρδος οὐκ ἄδηλον. παντὶ δὲ βίῳ καὶ ἀξίᾳ πάσῃ πρὸς πᾶν ἐπιτήδευμα χρήσιμον τὸ εἰδέναι τὰ ἐν αὐτῇ. ἰδιώτῃ μὲν γὰρ εἰσηγεῖται τὰ πρέποντα ἰδιώτῃ, καὶ στρατηγῷ τὰ τῆς στρατηγίας, παραινεῖ δὲ μὴ πρὸς ἡδονὰς ἐκκλίνειν τοὺς βασιλέας μηδὲ τῶν νόμων ἔχειν ὑπεροψίαν, πάντα δὲ κατὰ τὴν ἐκείνων εἰσήγησιν ἐνεργεῖν, τῶν κοινῶν μὲν ὥς γε βέλτιστα ἕξουσι πρόνοιαν ποιουμένους, τῶν δὲ οἰκείων

ὑπερορᾶν τὴν μετὰ ῥᾳστώνης γίνεσθαι εἰωθυῖαν ὑπεροψίαν, εὐμενεῖς τε εἶναι καὶ ὑπηκόοις ἡδέως προσφερομένους, πόνων τε μὴ ὀλιγωρεῖν μηδὲ ἡδοναῖς δουλεύειν, ἀλλὰ πονεῖν καὶ διαγρυπνεῖν ταῖς ἀρίσταις τῶν πράξεων ἐνεργείαις, καὶ βουλεύεσθαι μὲν ὑπὲρ ὧν χρεία, πράττειν δὲ τὰ βεβουλευμένα (ἑστῶτα γάρ, ἔφη τις τῶν ἀρίστων εἰς βασιλέας, προσήκει θνήσκειν τὸν ἡγεμόνα καὶ βασιλέα, διδάσκων ὡς χρὴ διὰ βίου πονεῖν καὶ ταῖς τῶν κοινῶν διοικήσεων ἐργασίαις τὸν βίον συγκαταλήγειν), εἶναι δὲ καὶ χρήματων ὑπερόπτας καὶ μὴ βαρύνειν ταῖς ἀπαιτήσεσι τὸ ὑπήκοον μηδ' ὠνίους τίθεσθαι τὰς ἀρχὰς μηδὲ τὰ κοινὰ πιστεύειν οἷς οὐχ ὁ τρόπος χρηστὸς καὶ ὅσοις οὐκ ἄμεμπτος, πάντα δὲ πράττειν ὁρῶντας ἐπὶ τὸ κοινῇ συμφέρον. ἀλλὰ κρατοῦσι μὲν ταῦτα, ἀρχιερεῦσι δὲ τῶν ὀρθῶν περὶ πίστεως ὅρων ἀντέχεσθαι καὶ τοῦ χριστωνύμου περιποιεῖσθαι λαοῦ, πᾶσί τε καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τὰ βέλτιστα καὶ νενομισμένα ποιεῖν ὑποτίθεται, ὧν ἡ ἀρίστη γίνεται πολιτεία καὶ κατορθοῦται τὰ ἐν ταῖς πόλεσι διοικούμενα.

Τοιαύτη μὲν τῶν πρακτέων ἡ βίβλος διδάσκαλος, ἔστι δὲ καὶ πρὸς ἐμπειρίαν πραγμάτων ἐπιτηδεία. οὐκοῦν, ὃ καὶ τοῦ λόγου εἶπον ἀρχομένου καὶ ἐν μέσῳ τούτου γενόμενος ἐξεθέμην, διδασκαλεῖον καθέστηκεν ἡ παροῦσα βίβλος τῆς κρείττονος ἕξεως. φιλοπονώτερον οὖν μετιτέον ταύτην. εἰ γάρ τινος ἐπὶ πεῖραν ἰόντος ἀνδρὸς ἀγαθοῦ καὶ διηγουμένου τὰ κατ' ἐκεῖνον ἀκούειν καλὸν καὶ ὀνήσιμον τοῖς ἀκούουσι, πῶς οὐ τῶν πάνυ λυσιτελέστερον ἐντυγχάνειν τῇ παρούσῃ βίβλῳ, μὴ περιέργως μηδ' ἀνειμένως ἀνδρῶν ἀγαθῶν, ἅμα δὲ καὶ τῶν φαύλων τοὺς βίους διεξιούσῃ. δεῖ γὰρ καὶ τῶν φαύλων ἔχειν τὴν ἱστορίαν, ἵνα τῇ παραθέσει τῶν βελτιόνων τὸ βλαβερὸν αὐτῶν διδασκόμενοι ἀκριβέστερον ἀποκρούοιμεν. οὕτω γὰρ καὶ οἱ πάλαι τοὺς ἑαυτῶν πρὸς τὰ κρείττω παῖδας σπουδάζοντες προβιβάζειν ἐτύγχανον, ὡς ἂν ἐκ τῶν ἐναντίων φαύλων τὰ κρείττω καὶ κάλλιστα ἐκδιδάσκοιντο. ἀλλ' ἡ μὲν βίβλος τοιαύτη καὶ οὕτως ὀνήσιμος, ἄξιος δ' ὁ μισθὸς τῷ συντεταχότι ταύτην τοῦ ἔργου θεόθεν ἀπομετρηθείη, καὶ ὃς τοῖς περὶ τὰ κάλλιστα σπεύδουσιν ἐποφείλεται.

p. 4 v. 7. οὐκ οἴκοθεν ὡρμήθην πρὸς τὸ ἐγχείρημα] similiter in commentariis quos in canones apostolorum et conciliorum composuit p. 2 ed. Paris. 1618 μή τις δέ μου καταγνοίη προπέτειαν· οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ τῷ πονήματι ἐγχειρῶ, ἀλλὰ παρακληθεὶς ὑπέκυψα καὶ τῷ πόνῳ δέδωκα ἐμαυτόν, ἵνα μὴ δι' ἀνηκοΐαν κατακριθῶ.

p. 5 v. 12. γνωμολογεῖν τε καὶ ἠθικεύεσθαι] *moralizare*, P 5 verbo Latino-barbaro, scriptores aevi inferioris aliquot utuntur. Duc.

p. 7 v. 20. ἠρεμοῦντι γὰρ τῷ νοΐ] anonymus monachus Ratisponensis de suis tentationibus, nuper editus a viro doctis-

simo I. Mabillonio t. IV Analectorum "ideoque in tanta molestia tentationis, quae eo magis imminebat, quo maior sospitas corporalis inerat, omnimodo tractare coepi, quali studio qualique labore corpus spiritui subiicerem. nam ea quae communiter cum caeteris fratribus in coenobio agere docebar, sed et illa quae speciali devotione scribendo aut legendo seu etiam ieiunando sponte subii, non satis affligere corpus videbantur. cumque diu tractarem, quo potissimum studio memet in tantis periculis constitutum aptissime iugiterque constringerem, occurrit animo ut in dictamine me occuparem aliquo: quod et saepe expertus sum mentem lascivam cuiuslibet scholastici instructi in nullo posse magis constringi quam studio dictandi." Duc.

p. 13 v. 5. *εἰ καὶ μὴ πάντα, ἐνδείᾳ βίβλων*] progressus enim usque ad Carthaginis et Corinthi excidium, abrupta historia, Gn. Pompeii Magni res gestas statim orditur, historia annorum circiter 60 praetermissa. W.

p. 14 v. 13. *Κωνστάντιος ὁ Χλωρὸς*] hunc *Κώνσταντα* alibi appellat, quomodo etiam scriptores aliquot, ut suo loco observamus. Duc.

p. 16 v. 10. *ταξιάρχας*] *centuriones* vertit interpres, quae vis est vocis *ταξιάρχης* apud Tacticos: melius *caelestis militiae principes* seu *duces*: nam *ἀρχιστρατηγοὶ* passim indigitantur SS Michael et Gabriel apud Graecos. vide Gloss. med. Graecit. in *ταξίαρχος*. Duc.

p. 18 v. 4. *Λεπτῇ Γενέσει*] quam unica voce *Λεπτογένεσιν* alii vocant; de qua pluribus egit vir doctissimus I. B. Cotelerius ad lib. 6 Constit. Apostol. c. 16. Duc.

P 6 p. 19 v. 14. *τῇ πέμπτῃ δ' αὖθις τῶν ἡμερῶν*] Cpolitanus codex [C] mutilus est hoc loco: sic enim in eo legitur *κατὰ δὲ τὴν πέμπτην ἡμέραν τὰ μὲν ὕδατα πᾶν γένος πτηνῶν προήγαγον, ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν, τετράποδα ζῶα τὸ θεῖον ἐξῆκτο σύμπαντα πρόσταγμα.* W.

p. 21 v. 14. *ἡ παρθένος γῆ*] pro *ἡ καθαρὰ καὶ ἀμιγὴς* dictam putat Wolfius: malim *quod nondum aratro proscissa esset*. Duc.

p. 24 v. 14. *ἐπενόησε καὶ πρῶτος ὅρους ἐπήξατο*] alter codex hoc loco mutilus haec duntaxat habet *ἐπενόησε. τούτῳ γεννᾶται παῖς ἐνώς. ἐξ οὗ γαϊδάδ, ἀφ' οὗ μαλελεήλ. τῷ δὲ μαθουσάλα τίκτεται λαμὲχ υἱός. οὗτος* etc. W.

p. 30 v. 6. *ἀλλ' ὁ θεὸς τὰς τούτων βουλὰς* [sic enim legebatur]] *οὕτω δὲ μεμηνότας αὐτοὺς ὁρῶν ὁ θεός, ἑτερογλώσσους εἰργάσατο.* et paulo post *ὁ δὲ τόπος ἐν ᾧ τὸν πύργον ᾠκοδόμουν.* W.

p. 40 v. 3. *θεόκριτον εἴποιεν*] haec latine satis commode reddi non possunt, sive *divinum iudicium* aut *iudicem*, sive *divinitus iudicatum* dicas. *εὐμηχάνητος* passivae significationis

esse potius videtur: quare *arte quaesitum* vertere malui quam *astutum* aut *artificiosum*. ita etiam *μακαριστὴς* *beatorem*, si dicere liceat, quam *beatum* potius significat: *prosperum* ego verti. W.

p. 47 v. 22. *Ψονθομφάνηχον* reposuimus ex Iosepho lib. 1 c. 19. Wolfius perperam ediderat *τοθομφάνηχον*. duo codd. Regii et Colberteus *ψοθομφάνηχον* praeferunt. sed ut Iosephus, ita et Philo Iudaeus in lib. de Mutat. nomin. hanc vocem sic effert, cuius significationem ita declarat in lib. de Iosepho *μετονομάζει δὲ αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὀνειροκριτικῆς ἐγχωρίῳ γλώττῃ προσαγορεύσας*. paulo aliter hanc effert auctor Chronici Alexandrini, quo loco scribit Mosem, haud secus ac Iosephum, eodem nomine fuisse ab Aegyptiis appellatum, quod futura praedixerit, *τὸν Μωυσῆν μετὰ τὸ ἐπαγαγεῖν αὐτὸν τὰς πληγὰς οἱ Αἰγύπτιοι ψομθομφαχὴ* [*Ψομ-Θομ-Φαν-Χθὴ* ed. Bonn. p. 141] *προσηγόρευσαν, ὃ ἑρμηνεύεται, ᾧ ἀπεκαλύφθη τὸ μέλλον*. Duc.

p. 53 v. 12. *βασίλισσα*] ita Thermuthim, regis filiam, *reginam* vocat Iosephus lib. 2 c. 5 [c. 9 § 5], unde sua hausit P 7
Zonaras. scribit Suidas ex Aristotele, apud Cyprios regum filios *ἄνακτας*, ut filias *ἀνάσσας* appellatas. vide Gloss. med. Lat. in *Regina*. Duc.

p. 57 v. 23. *παρ' Ἕλλησιν Ἀπρίλλιος*] immo apud Latinos, seu ut habet S. Maximus in Computo Ecclesiastico parte 1 c. 13 *κατὰ Ῥωμαίους*. sed hic ut et alibi non semel *Ἕλληνας* vocat Zonaras quos alii *Romanos*, contra quam Eunapius in Chrysanthio p. 189. Duc.

p. 58 v. 11. *Ξανθικοῦ πέμπτῃ καὶ δεκάτῃ κατὰ σελήνην*] *Xanthici* seu *Aprilis decimo quinto secundum lunam*. ambiguum est utrum sub ortum lunae an mense lunari, inquit Wolfius. Duc. illud ineptum. latina corrigere oportebat.

p. 65 v. 14. *ἐν τῷ τῆς σκηνῆς αἰθρίῳ*] *in ea tabernaculi parte quae patet*, vel *sub dio iuxta tabernaculum*. W.

p. 66 v. 15. *ποιότητα*] ita Reg. et Colberteus. Duc.

p. 82 v. 5. *ἡ ἀριστοκρατία*] *ὁ τριετοκράτης* [ita enim codex C] magistratus ad triennium praeesse solitus. *ἡ ἀριστοκρατία* rectius in Viennensi codice (et in Reg. et Colb. Duc.) legitur. W.

p. 87 v. 11. *εἰς τὸ*] ita Colberteus: alter *πρὸς τὸ*. Duc.

p. 114 v. 5. *Ἀβιμέλεχ*] Biblia *Ἀχιμέλεχ* legunt. W.

p. 114 v. 14. *Ἀγχοὺς*] hic in Bibliis Achis dicitur. W.

p. 115 v. 7. *παρεστηκὼς τότε αὐτῷ*] ambiguum utrum sacerdoti an Davidi an Sauli. W.

p. 138 v. 2. *τοῦ Ἰβοσθὲ* [PW *Μεμφιβοσθὲ*] *φεισάμενος*] legendum *Μεμφιβοσθὲ*, auctoritate Bibliorum. W.

p. 139 v. 20. *πεντακοσίων χιλιάδων ἀνδρῶν*] Biblia habent *πεντήκοντα*, pro 500 tantum 50. W.

p. 142 v. 9. τὸν Ἀμεσίαν] ita mss Reg. et Colb. Duc.

p. 142 v. 20. καὶ εἴ τινι δὲ λίθος ἦν τῶν τιμίων, ἐκόμισεν ἕκαστος καὶ παρέδωκεν εἰς τοὺς θησαυρούς] haec eiusmodi [ ] notis interclusi, ait Wolfius, cum ad institutum minime pertineant. quod etsi verum sit, habentur tamen in mss Reg. et Colberteo. Duc. ex Iosephi Antiquit. 7 14 10.

p. 145 v. 22. καὶ ταύτην τὴν θεραπείαν] quae quidem ex Iosephi lib. 8 c. 2 hic narrat Zonaras de Salomonis excantationibus daemonum, occasionem praebuit quibusdam recentioribus Graeculis libellum nugicanoricrepum, uti appellatur a Gaulmino in notis ad Psellum de Operatione daemon. p. 113, confingendi hoc titulo Διαθήκη Σολομῶντος υἱοῦ Δαβίδ, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν Ἱερουσαλὴμ καὶ ἐκράτησεν καὶ ὑπέταξε πάντων ἀερίων καὶ καταχθονίων πνευμάτων, δι' ὧν καὶ πάντα τὰ ἔργα τοῦ ναοῦ τὰ ὑπερβάλλοντα πεποίηκεν· καὶ τίνες αἱ ἐξουσίαι αὐτῶν κατὰ ἀνθρώπων, καὶ παρὰ ποίων ἀγγέλων εἴτοι οἱ δαίμονες καταργοῦνται. legimus apographum ex Bibl. Thuanea. Duc. cf. I. A. Fabricii Cod. pseudepigr. Vet. Test. I 1047 ed. 2.

P 8 p. 150 v. 23. Βασιλειῶν] ita libros *Regnorum*, quos alii *Regum*, hic et alibi non semel vocat Zonaras, quomodo etiam plerosque ex Patribus Latinis appellasse notavimus in Gloss. med. Lat. Duc.

p. 154 v. 17. εἰ δὲ τὸ τὴν ἀνίερον] carpit hoc loco Zonaras Simoniacos suae aetatis apud Graecos mores, cuiusmodi fuisse ea ipsamet tempestate apud Latinos observamus in nova appendice ad Glossarium med. Lat. in v. *Praebenda*. Duc.

p. 174 v. 18. ἀλλασσομένας στολὰς] vetus Bibliorum translatio *decem mutatoria vestimentorum*. Castalio *lautiores vestes* convertit: quem ego auctorem secutus sum. vide Gloss. med. Lat. in *Mutatorium*, et Gloss. med. Graecit. in ἀλλάσσειν. Duc.

p. 186 v. 14. σωτηρίαν εὕρατο καὶ ἀνακωχὴν τῶν δεινῶν] ἐξηγητικῶς τὰ ἀνακωχὴν adiicitur. *salutem consecutus est et malorum inducias*, id est periculum in praesentia evitavit, quanquam quod differebatur, non auferebatur. W.

p. 187 v. 2. καὶ ἔτυχε ταφῆς] illius corpus translatum Alexandriam Leone M. imperante, et in ecclesia S. Pauli Leprosi depositum. chronicon ms Georgii Hamartoli in Leone M. καὶ τὸ τοῦ προφήτου Ἐλισσαίου σῶμα μετετέθη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐν τῇ μονῇ τοῦ Παύλου τοῦ Λεπροῦ· λεπρὸν γὰρ ἰάσατο, λεπρὸν ἐποίησε, καὶ εἰς τὰ τοῦ Λεπροῦ ἐτέθη. Duc.

p. 206 v. 6. τῷ δὲ προφήτῃ ... προετρέπετο] malim τὸν δὲ προφήτην. etsi enim aliquot insolentiores constructiones et phrases in hoc auctore reperiuntur, eae tamen haud scio an librariis sint imputandae. W.

p. 222 v. 19. τὸ ἴσην τοῖς ὑπηκόοις γενήσεσθαι] verte- P 9
ram principio *aequitatis erga subditos observationem:* nam τὸ ἴσον saepe τὸ δίκαιον καὶ ἐπιεικὲς καὶ ἀδέκαστον significat. sed quia de eversione regni agitur, reposui *id subditis par fore, nullam potestatis praerogativam habiturum.* W.

p. 223 v. 12. σκάφευσις Persis usitatum supplicium, illudque prae caeteris acerbissimum ac atrocissimum, ut testatur Eunapius in Maximo p. 105 μικρὰ γὰρ (ἡ συμφορὰ) καὶ ἡ Περσῶν λεγομένη σκάφευσις, *nam scaphismus, supplicium Persis usitatum, prae tormentis huic allatis parvum fuerit.* hinc σκαφεύειν apud Ctesiam in Persicis p. 11, ubi de Aspamitra qui Xerxem et Dariaeum interfecerat, et apud Plutarchum in Artaxerxe, a quo hausit Zonaras quae habet de huiusce supplicii Persici descriptione, tametsi verbis aliquantum immutatis, ubi de Mithridate qui Cyrum se interfecisse gloriabatur. vide praeterea Baron. ad Martyrol. 28 Iulii, et Antonium Gallonium de Cruciatibus Martyrum p. 12. Duc.

p. 225 v. 8. τὸ δ' ἐν μέρει στῆναι] ἐν μέρει alias *per vices, vicissim, alternis* significat; sed hic aliter esse vertendum sententia docet. W.

p. 225 v. 23. καὶ ἐξουσίαν λέγει δοθῆναι αὐτῷ] λέγει, scilicet ὁ προφήτης· αὐτῷ, τῷ θηρίῳ. nec enim intelligendum ὅτι τὸ θηρίον λέγει ἑαυτῷ δοθῆναι ἐξουσίαν, *potestatem sibi esse datam:* nam in Daniele hoc tantum legitur, *eique datum est imperium.* W.

p. 227 v. 15. τὰς βίβλους τοῦ Ῥωμαίου Δίωνος] Dionem Cassium Nicaeum intelligit, qui Romanorum historiam conscripsit, et quem Zonaras integrum, non ut hodie exstat maxima sui parte mutilum, vidit et saepe exscribit. Duc.

p. 229 v. 3. ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἐκπορευόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ] εἷλκεν poni videtur ἀντὶ τοῦ εἱλεῖτο vel ἐκύμαινε, *volvebatur* vel *undabat.* W.

p. 230 v. 21. τὸ ὑψηλότερον ἀνέβαινεν ἐπ' ἐσχάτου] *altius surgebat posterius.* propter coactam Zonarae interpretationem visionis istius coactus sum vertere τὸ ἐπ' ἐσχάτου *ad extremum.* W.

p. 240 v. 7. τοῦ ἀποκριθῆναι καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι] sic in LXX interpretibus legitur. sed vetus translatio habet tantum *ab exitu sermonis ut iterum aedificetur Hierusalem.* Castalio convertit *ab edito mandato de reditu et de instauranda Hierosolyma.* sed si ἀποκριθῆναι recte legitur, poni videtur pro χωρισθῆναι τοὺς Ἰουδαίους τῶν ἀλλοφύλων, *dum Iudaei a barbaris separentur.* quanquam nihil vetat quo minus accipiatur de responso a regibus Persarum dando. W.

p. 261 v. 10. ἦν αὐτοῖς ἀγορά] ex Xenophonte lib. 1. P 10
vide Brissonium de Regno Persar. lib. 2 p. 240. Duc.

p. 288 v. 7. καὶ παριὼν τὰς τάξεις] malim περιιὼν vel ἐπιών. W.

p. 298 v. 18. προπομπὴν] supra [p. 296 v. 10] εἶτα τοὺς μάγους καλέσας, ὡς δορυαλώτου τῆς πόλεως οὔσης ἀκροθίνια τοῖς θεοῖς ἐκέλευσεν ἐξελεῖν. locus paulo intricatior est. ποιήσασθαι προπομπὴν εἰς τὰ τεμένη est *ire supplicatum ad pulvinaria deorum*. sed τὰ τοῖς θεοῖς ἐξῃρημένα τεμένη videntur esse fana de manubiis constructa: nisi forte non aedificia sed luci diis consecrati intelligantur. W.

p. 298 v. 22. οὔτε ὀρφνίνων οὔτε καρυκκίνων [sic enim W] ἱματίων] ms cod. καρυκίνων, atque ita reposuimus. ὄρφνινον esse colorem nigricantem, qualis sit combustae purpurae, Ioach. Camerarius ex Platone in Timaeo annotat. Philelphus in Xenophonte *ferrugineum* vertit. Pollux τὰ μέλανα ἱμάτια dicta fuisse ὄρφνινα tradit: unde Hesychio ὀρφνίον et ὀρφνίς, μέλαν ἱμάτιον exponitur. de carycino colore agimus in Gloss. med. Graecit. Duc.

p. 313 v. 13. μυριάδες τετρακόσιαι] ita cod. ms. Duc. quater milies mille, sexcenties mille, vicies octies mille. immensus hic est numerus et fortasse falsus, ex imperitia scriptoris atque oscitantia, qui pro μ 40 posuit υ 400, et pro χιλιάδες μυριάδες. apud Iosephum quidem lib. Antiquit. 11
P 11 tantundem legitur: sed Esdrae lib. 3 c. 5 ex conversione Castalionis numerantur 40000 Israelitarum: quibus cum servi ancillae cantores psaltriae adduntur, fiunt 49952. vetus translatio numerat Israelitas 42340, servos et ancillas 7337, cantores et cantatrices 265: qui faciunt 49942. W.

p. 313 v. 18. κεχρισμένοι] ita cod. ms. Duc.

p. 316 v. 11. ἱππάρχους] ita cod. ms. Duc.

p. 317 v. 5. ὠνομασμένος τῷ θεῷ] *nominatum deo* pro *dedicatum*, ἀφιερωμένος, καθωσιωμένος. W.

p. 324 v. 12. τῶν ἰδίων πράξεων τὰ ὑπομνήματα] vide Gloss. med. Graecit. in ἀναμνήσεις. Duc.

p. 331 v. 3. Βουκεφάλα] βουκεφάλου W. quem alii Βουκέφαλον vocant. Constantinus Manasses p. 170 [versu 1786] ex codd. Allatiano et Reg. p. 146 et 170

καθάπερ τὸν Ἀλέξανδρον ἵππος ὁ Βουκεφάλας.

ita etiam appellatur ab Eustathio Iliad. β p. 309 et aliis. Duc.

p. 331 v. 12. παρακαλπάσας] vide Gloss. med. Graecit. in κάλπη. Duc.

p. 333 v. 14. εἰς τὴν ἐν τῇ Ἀσίᾳ στρατείαν] ita habent mss: at Wolfius legendum putabat ἐπὶ τὴν Ἀσίαν, haecque subdit "auctor noster non adeo barbarus est, sed est multis in locis depravatus, ut me collatio codicum docuit." Duc.

p. 337 v. 1. τὸν Ὅμηρον] vide Eustathium in Iliad. β p. 239. Duc.

p. 337 v. 19. Ἕλληνι φωνῇ] ita mss cod. Wolfius Ἑλληνίδι mavult, ut infra legitur lib. 4 n. 16, ubi etiam Ἑλλάδα διάλεκτον dixit. observat Eustathius Iliad. ω Atticos et Dorienses τοῖς κυριωτέροις uti solitos ἀντὶ κτητικῶν, ὥς φασιν οἱ παλαιοί, οἷον Ἕλληνα στρατὸν τὸν ἑλληνικόν, ἄνθρωπον ἦθος ἀντὶ τοῦ ἀνθρώπινον, ἑλλάδα διάλεκτον, δοῦλον γένος etc. Duc.

p. 338 v. 9. ἐκτὸς Εὐφράτου [sic enim codex C]] Viennensis habet ἐντὸς, ut referatur ad Macedoniae situm et ad Alexandrum. sequitur non ita multo post τὴν ἐντὸς Εὐφράτου χώραν παραλαβὼν ὁ Ἀλέξανδρος. si ἐκτὸς legitur, referatur ad Darium et Persiae situm. W. Regii et Colberteus ἐντὸς habent. Duc.

p. 346 v. 14. τριάκοντα πρὸς δυσί] Arrianus in lib. rer. Indicar. scribit patere Gangem, qua maxime angustus est, ad centum stadia. Duc.

p. 346 v. 15. ἀπρόϊτος] ita mss codices Reg. et Colb. Duc.

p. 347 v. 19. ἐλπίζεσθαι] vide Gloss. med. Graecit. in hac voce. Duc.

p. 355 v. 17. Θανόντος δὲ Ἀλεξάνδρου] hanc post Alexandri obitum provinciarum direptionem ex Satyro, veteri scriptore, ut et Ptolemaeorum genealogiam, attigit prae caeteris Eudocia Augusta, Diogenis Romani imp. uxor, in Ioniis; ex quibus, quia inedita, haud ingratum forte lectori videbitur, si qualiacunque sunt hoc loco describantur. [non nihil differunt ab editis, Villoisoni Anecd. gr. t. I p. 366—368. Ὕλον et similia facile lector corriget.] ἐπειδὴ δὲ εἰς τὴν τῶν Πτολεμαίων προσηγορίαν κατηντήσαμεν, φέρε καὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς τοῦ γένους αὐτῶν καταγωγήν τε καὶ διαδοχὴν παρεκβατικώτερόν πως διεξέλθωμεν· Ἡρακλεῖδαι γὰρ καὶ αὐτοί. Σάτυρος τοὺς τῶν Ἀλεξανδρέων δήμους ἱστορῶν, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ Φιλοπάτορος τοῦ καὶ Πτολεμαίου προσαγορευθέντος, τούτου μηνύει Διόνυσον ἀρχηγέτην γεγονέναι. λέγει οὖν ὁ Σάτυρος οὕτως· Διονύσου καὶ Ἀλθαίας τῆς Θεστίου γεγενῆσθαι Δηϊάνειραν, τῆς δὲ καὶ Ἡρακλέους τοῦ Διὸς Ὕλον, τοῦ δὲ Ἀριστόμαχον, τοῦ δὲ Τήμενον, τοῦ δὲ Κεῖστον, τοῦ δὲ Μάρωνα, τοῦ δὲ Θέστιον, τοῦ δὲ Ἀκοόν, τοῦ δὲ Ἀριστομήδαν, τοῦ δὲ Καρανόν, τοῦ δὲ Κοινόν, τοῦ δὲ Τυρίμμαν, τοῦ δὲ Περδίκκαν, τοῦ δὲ Φίλιππον, τοῦ δὲ P 12
Ἀέροπον, τοῦ δὲ Ἀλκετάν, τοῦ δὲ Ἀμύνταν, τοῦ δὲ Βόκρον, τοῦ δὲ Μελέαγρον, τοῦ δὲ Ἀλσινόην, τῆς δὲ καὶ Λάγου Πτολεμαῖον καὶ Σωτῆρα, τοῦ δὲ καὶ Βερονίκης Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον, τοῦ δὲ καὶ Ἀρσινόης Πτολεμαῖον τὸν Εὐεργέτην, τοῦ δὲ καὶ Βερονίκης τῆς Μέγα τοῦ ἐν Κυρήνῃ βασιλεύσαντος Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον. ἡ μὲν οὖν πρὸς Διόνυσον τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλεύσασι συγγένεια οὕτω περιέχει, ἡ δὲ τῆς

Πτολεμαίου βασιλείας ἀρχὴ τοιουτοτρόπως τὴν πρόφασιν ἔσχε. μετὰ Δαρεῖον ἐβασίλευσεν Ἀρταβάνης μῆνας ἑπτά, μετὰ δὲ Ἀρταβάνην ἐβασίλευσεν Ἀρταξέρξης ὁ Μακρόχειρ ἔτος τεσσαρακοστὸν πρῶτον, ἐφ' οὗ Σοφοκλῆς καὶ Ἡράκλειτος καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Πυθαγόρας καὶ Θουκυδίδης καὶ Εὐριπίδης καὶ Ἡρόδοτος καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Διογένης καὶ Ζήνων καὶ Φερεκύδης καὶ Ἀρίσταρχος καὶ Ἱπποκράτης καὶ Παρμενίδης καὶ Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Δημοσθένης κατά τινας ἐγνωρίζοντο, καὶ Σωκράτης, ὃς φαυλίσας τοὺς νόμους τῶν Ἑλλήνων θανατοῦται τὸ κώνειον πιὼν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. μετὰ δὲ Ἀρταξέρξην ἐβασίλευσεν ἄλλος Ἀρταξέρξης καὶ οἱ καθεξῆς ἕως Δαρείου Ἀλσάμου, ὃν Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἕκτον ἄγων ἔτος τῆς βασιλείας χειρωσάμενος καθεῖλε τὴν Περσῶν βασιλείαν διαρκέσασαν· ἀπὸ Κύρου μέχρι Δαρείου ἔτη σλ'. τῆς δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλείας κατασχούσης ἀπὸ Κραναοῦ ἕως Ἀλεξάνδρου ἔτη φιη', καὶ τούτου τελευτήσαντος ἐν Βαβυλῶνι, διαιροῦνται τὴν βασιλείαν οἱ παῖδες αὐτοῦ καὶ μεγιστᾶνες. τῆς μὲν Μακεδονίας Φίλιππος ἐβασίλευσε, τῆς δὲ Ἀσίας πάσης Ἀντίγονος ἐκράτησε, τῆς δὲ Συρίας καὶ Βαβυλωνίας καὶ Παλαιστίνης Σέλευκος ἐβασίλευσεν ὁ Νικάνωρ. ὃς καὶ πόλεις κτίσας δύο εἰς τὰ μέρη Κιλικίας καὶ ἄλλην ἐν Συρίᾳ, τὴν μὲν Σελεύκιαν ὠνόμασε, τὴν δὲ Ἀντιόχειαν, τὴν δὲ Λαοδίκειαν, εἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνομα καὶ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ Ἀντιόχου καὶ τῆς θυγατρὸς Λαοδικίας. καὶ οἱ μὲν τῆς Συρίας βασιλεύσαντες μετὰ Ἀλέξανδρον οὗτοί εἰσι· μετὰ Σέλευκον τὸν Νικάνορα Ἀντίοχος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ ἐπικληθεὶς Σωτήρ, Ἀντίοχος ὁ νόθος, Σέλευκος ὁ Καλλίνικος, Ἀλέξανδρος, Ἀντίοχος, Σέλευκος ὁ Φιλοπάτωρ, Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανής, Ἀντίοχος ὁ Εὐπάτωρ, Δημήτριος, Σέλευκος, Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Βαλά, Δημήτριος ὁ Νικάνωρ, Ἀντίοχος, Τρύφων, Πτολεμαῖος, Ἀντίοχος ὁ Σιδήτης, Δημήτριος, Ἀντίοχος ὁ Γρυπός, Ἀντίοχος ὁ Κυζικηνός, Σέλευκος ὁ τοῦ Γρυποῦ, ἐφ' οὗ ἡ Ἀντιόχεια ὑπὸ Ῥωμαίων ἥλω καὶ ἡ τῆς Συρίας ἀρχὴ κατελύθη διαρκέσασα ἔτη σν'· τῆς δὲ Αἰγύπτου Πτολεμαῖος ἐβασίλευσεν ὁ Λάγου καὶ οἱ καθεξῆς Πτολεμαῖοι ἕως Κλεοπάτρας θυγατρὸς Διονύσου. οἱ δὲ τῆς Αἰγύπτου βασιλεύσαντες μετὰ Ἀλέξανδρον εἰσὶν οἵδε. Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, ἐφ' οὗ Μένανδρος ὁ κωμῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο καὶ Θεόφραστος ὁ φιλόσοφος· Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος, ἐφ' ᾧ οἱ ἑβδομήκοντα Ἑβραίων σοφοὶ τὸν νόμον ἡρμήνευσαν· Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης, Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ, Πτολεμαῖος ὁ Ἐπιφανής, Πτολεμαῖος ὁ Φιλομήτωρ, Πτολεμαῖος ὁ Εὐεργέτης, Πτολεμαῖος ὁ Σωτήρ, Πτολεμαῖος ὁ Ἀλέξανδρος, Πτολεμαῖος ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Πτολεμαῖος ὁ Διόνυσος, Κλεοπάτρα ἡ τούτου θυγάτηρ, ἣν Αὔγουστος ἀνελὼν ἐν ἔτει κδ' τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἐκράτησε τῆς Αἰγύπτου, καθελὼν τὴν βασιλείαν τῶν Πτολεμαίων διαρκέσασαν ἔτη σ'. Duc.

p. 355 v. 18. *τῶν δὲ λοιπῶν οἱ προγεγραμμένοι*] scilicet Seleucus, Ptolemaeus, Antigonus, Antipater, Aridaeus, Perdiccas, de quibus supra [p. 226 v. 7]. W.

p. 356 v. 13. *ὅς τάς τε γραφὰς τὰς Ἑβραϊκὰς*] in his sacris libris a LXX conversis Danielis librum Visionum exstitisse fingunt Graeci, de quo sequentia ex codice ms bibliothecae Regiae exscripsimus. *Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου ὑπῆρχε βασιλεύσας ἔτη λη΄. ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ οὗτος Ἑβραίους καταδουλωσάμενος εἰς τὴν Ἑλληνίδα μεταβαλεῖν ἠνάγκαζε φωνὴν ἐκ τῆς Ἑβραΐτιδος πάσας τὰς θείας γραφάς. καὶ ποιοῦντες τὴν ἑρμηνείαν ἄνδρες ο΄ ἐν σοφίᾳ παρὰ τοῖς Ἑβραίοις ἐπαιρούμενοι. ἐν τούτοις ἅπασιν ἦν καὶ ἡ βίβλος ἥδε Δανιὴλ τοῦ προφήτου ὀπτασιῶν, ὑπάρχουσα βίβλος θαυμαστὴ καὶ ἔγκριτος, τὰ ἐπερχόμενα ἀναγγέλλουσα μέχρι τῆς συντελείας τοῦ κόσμου κατὰ τύχην τῶν συμβαινόντων αἰθερίων τεράτων. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις Κώνστα τοῦ βασιλέως Κωνσταντινουπόλεως, ἐγγόνου δὲ Ἡρακλείου, Μααβίας ὁ τῶν Ἀράβων* P 13 *ἀρχηγὸς μετὰ δυνάμεως πλείστης ἐξελθὼν κατῆλθε μέχρι καὶ τῆς Ῥόδου τὴν γῆν τῶν Ῥωμαίων ληΐζων. ὃς καὶ ταύτην κατέστρεψε καὶ πᾶσαν τὴν παραλίαν ταύτης ἐλεηλάτει. ὁ δὲ βασιλεὺς ταῦτα ἀκούσας λαὸν συναθροίσας ἦλθεν εἰς Φοίνικα καὶ τοῦτον τὸν Μαβίαν ἀντιπαρατάξασθαι. καὶ πόλεμον συνάψας ἡττῶνται Ῥωμαῖοι, ὁ δὲ αὐτὸς Κώνστας μόλις διασωθεὶς ὑπέστρεψεν ἐν τῇ πόλει μετ' αἰσχύνης. ὁ δὲ Μαβίας ἐπαρθεὶς τῇ νίκῃ ἐπήρθη, κατεδαφίσας τὴν περίχωρον μέχρι καὶ αὐτῆς τῆς Κωνσταντινουπόλεως. ὃς καὶ τὴν βίβλον ταύτην ἐντυχών, καὶ τὰ γεγραμμένα θαυμάσας, δοὺς τοῖς Ἄραψιν μετέφρασεν τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, μείνας ἐν τούτοις μέχρι καὶ τὴν σήμερον. ἐν δὲ τῷ ,ςψνγ΄ ἔτει* (Chr. 1145) *ἐντυχὼν τήνδε Ἀλέξιός τις ἀπὸ Βυζαντίων δοῦλος αἰχμητὸς ὑπάρχων βασιλεῦσιν Ἀράβων, τὰς γραφὰς καὶ τὴν διάλεκτον ἄμφω γινώσκων, καὶ τὴν διήγησιν ἀναγνούς, ἐπόθησε τοῦ φράσαι ταύτην Ῥωμαίαν, καθὼς ὑπόκειται, συμμαρτυροῦντα καὶ συμφωνοῦντα* * *αἴγλων τὴν τῶν Ἀράβων πεζικὴν γλῶτταν. ὃς καὶ εὔχησε τοῦ διορθῆναι αὐτῷ παρὰ θεοῦ προθυμίας τοῦ εἰς τέλος ταύτην ἐξάγειν* etc. Duc. cf. I. A. Fabricii Cod. pseudepigr. Vet. Test. I 1136 ed. 2.

p. 359 v. 20. *Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου*] cuius res gestas et pugnam cum Galatis ab eo commissam, cum eius equitatum cum elephantis profligarunt, ut est in Ioniis mss Eudociae Augustae et apud Suidam. Duc. sic.

p. 363 v. 17. *δυσκόμιστος*] phrasis nostris usitata, *qui n'estoit pas portatif.* Duc.

p. 407 v. 19. *ἀνῃρέθη δ' ἂν ὑπὸ Κασσίου ὁ Μάλιχος*] Iosephus lib. 14 *τὰ δὲ Μαλίχῳ κακοήθως πρὸς αὐτὸν διακειμένῳ, τὰ δ' ἄλλοις προσέταξεν εἰσπράττεσθαι*, pecuniam partim Malicho, a quo insidiae ei struebantur, partim aliis exigendam

mandavit. noster auctor (si nihil deest) ex abrupto hanc clausulam nescio quo pacto inseruit, ut non intelligatur cur Malicho iratus fuerit Cassius. sed ex Iosepho apparet pecuniam segnius exactam causam fuisse iracundiae. W.

p. 408 v. 4. *Μάρκος δ' ἐν τῇ Συρίᾳ στρατηγῶν*] quis Marcus? Antonius an Brutus an alius? Iosephus etiam tantum praenomen hoc ponit. W.

p. 409 v. 17. *τῶν ἄκρων ἐπιβάντι τῆς Ἰουδαίων γῆς*] *ἄκρα* sive montana sive extremos fines et limites significant. W.

p. 411 v. 14. *ὁ δὲ τῶν Πάρθων βασιλεὺς* [*στρατηγὸς*]] Iosephus aeque obscurus est in hac Parthica expeditione, ut videatur *κυκεῶνα* potius miscuisse quam rem explicasse. W.

p. 414 v. 21. *πεμφθεὶς ἐκ Συρίας Πάρθους ἀνείργειν*] ambiguum utrum *τὸ ἐκ Συρίας* ad *τὸ πεμφθεὶς* an ad *τὸ ἀνείργειν* referatur. W.

p. 418 v. 13. *μήτε τῆς τότε τύχης μήτε τῆς πάλαι μεμνημένος*] Iosephus pro *μεμνημένος* ponit *ἔννοιαν λαβών*, quod tantundem est. sed videtur Antigonus praesentis fortunae rationem habuisse. quid enim victo relinquitur nisi ut deditionem faciat aut (idque fortassis eum decuisse Iosephus censet) necem sibi consciscat? W.

p. 430 v. 13. *τὰς ἐντολὰς ἐξεφαύλισεν*] fortassis *ἐξεφάνισεν*. Iosephus *οὐκ ἂν καταπροδοῦναι τὰς ἐντολάς*. W.

P 14 p. 449 v. 14. *ἐν παράπλῳ τῇ Κιλικίᾳ προσχόντας* [*προσσχόντας*]] Iosephus *ἐν παράπλῳ μὲν Ἐλούσης τῆς Κιλικίας προσχόντας*. ubi *τὸ μὲν Ἐλούσης* depravatum esse apparet. Gelenius vertit, ut inter navigandum appellerent ad Eleusam oppidum Ciliciae. W. Hudsonus et Havercampus *Ἐλεούσῃ*.

p. 463 v. 11. *οὐδὲ ἀποτετραμμένοις κεχρῆσθαι ἀπαναινόμενος*] Iosephus habet *ὁπόσα ἀρωγὰ ὑπαγορεύσειαν χρῆσθαι ἀποτετραμμένος*, *quae medici profutura dicerent, ab eorum usu non abhorrebat.* Zonarae verba mendosa videntur. *ἀποτετραμμένος* et *ἀπαναινόμενος* idem fere significant: sed si lectio non fallit, *ἀποτετραμμένοις* posuit pro *ἀπειρημένοις*, *remediis interdictis*. W.

p. 471 v. 14. *συγχέαι δυνάμενον*] *turbulentum* verti. quod si quis *τὸ συγχέαι* pro *ἀπατῆσαι* intelligere mavult, reponat *vafrum* vel *callidum*. W.

p. 474 v. 7. *τοῦ ἀρχιερέως Ἰώας* [*Ἰωαζάρου*]] postremus Archelai pontifex *Ἰησοῦς τοῦ Σιε* supra dicitur. W.

p. 475 v. 11. *καὶ ἡ τῶν νόμων αὐτοῖς οὐ παρατηρεῖται παράβασις*] fortasse *νομίμων παράδοσις*, *rituum traditiones non observant.* Iosephus habet *φυλακῆς δὲ οὐδαμῶν τινων μεταποίησις αὐτοῖς ἢ τῶν νόμων*. W.

p. 476 v. 22. *Ἀμβιβοῦχος*] haud scio an recte ita legatur. W.

p. 479 v. 15. ὃς κατὰ Πλάτωνος ἐπιγέγραπται] quid si κατὰ Πλάτωνα, *more Platonis?* W.

p. 480 v. 5. οὗτος τὴν πατρὸς ἑκάστῳ δικαιοκρισίαν ποιούμενος] mendosus videtur hic locus. W.

p. 482 v. 12. Θύβριν] sic mss omnes cum ϑ *Tiberim* efferunt. Claudianus lib. 2 in Eutropium

ni memor imperii Stilico morumque priorum
turpe relegasset defenso a Thybride nomen,
servatamque novo servasset crimine Romam.

Paeanius in metaphrasi Eutropii lib. 1 πρὸς ταῖς τοῦ Θύμβριδος ἐμβολαῖς. Duc.

p. 488 v. 5. αὕτη γοῦν ἡ Κύπρος] vide observata a Scaligero ad Eusebium p. 162 II edit. Duc.

LIPSIAE,
IMPRESSIT B. G. TEUBNER.

CORRIGENDA.

p. 42, 20 *lege* *σοφ.* 51, 16 *βιώσας.* 65, 13 *διικνεῖσθαι.* 71, 18 *φωνήν.* 72, 2 *Βαλαάμ.* 81, 7 *δύο* (*sic ubique codex C*). 147, 2 *οἷα.* 152, 18 *ἰδού.* 200, 17 *Ἰωάχαζ.* 355 *ima* urbes *pro* rebus. 357, 12 *γράφει γοῦν.* 373, 20 *Νικάνωρ.* 415, 20 *Γαλιλαίαν.* 527, 24 *ταξίαρχοι.* 531, 11 *εἰς* — *πηδῶνες et similia.* 568, 35 *ἀποστερεῖν.* 569, 31 *κάτεισι.* 571, 9 *χρημάτων.* *caeterum cum a nobis ubique* milia *scriptum sit, non* millia, *operae temere aliquoties* mille *etiam mutaverunt in* mile.

